ab august. Ut refert vincen. spec. histo. li. xx. Librorum augustini tractatuūqz atqz epistolaz ad mille. xxx. extenditur. vt merito de eo illud dictum cōsonat. Mentiſ qui te totum legisse fatetur. Precipui tamen ex libris eius et magni voluminis z quondam vsus sūt lib. de ciu. dei distinctus in. xxij. libros. ꝓtra errores paganoīū de cultu deorum suorum. vbi describit duas ciuitates. Libera salē seu ecclesie. cuius rex est christus et cives eius virtuosi vera fide et vita: et babilonis infernalis. cuius caput et rex ē dyabolus z cives eius reprobi. Et in presenti electi affligunter et a malis opprimitur: reprobi frequenter in mūdanis floreat. Et ciuitatem hierusalem edificat amor dei in humilitate fundatus. z crescit vsqz ad ꝓtemptum sui: sed babilonem infernalis edificat amor sui crescens vsqz ad contemptum dei. De trinitate libros. xv. De confes. libr. xiij. Contra donatistas de baptismo lib. vij. Ad Marcellum de baptismo paruulorum lib. ij. De doctrina christiana libros quatuor. De anima z eius origine lib. quatuor. De libero arbitrio lib. iij. Contra Iulianum pelagianum libr. vj. Contra epistolaz ꝓmeniani lib. iij. Contra literas petiliani donatiste. lib. iij. Contra cresconium grammaticum. libr. iij. De symbolo tractatus quatuor. Super genesim ad literam lib. xij. Questiones in pentateuco lib. vij. Locutionum in eptatico. libros septez. Super ꝑsalteriuz. d. vbi exponit totum ꝑsalteriū. Super Io. omelias. cxxiij. De verbis domini tractatus. lxv. De verbis apostoli. tractatus. xx. Super primam epistolam canonicam iohānis omelias. x. Super epistola ad galath. li. j. Super epistolam ad ro. lib. j. De sermone domini in monte li. ij. De questionibus in matheo et luca lib. ij. De consonātia mathei et luce in generationibus domini. tractat. j. Sup mulierem fortem quis inueniet tracta. j. Annotationuz in iob lib. j. De disciplina christiana lib. j. De. lxxxiij. questionibus lib. j. De incarnatione christi. lib. ij. De fide et operibus lib. j. Ad valentinum de gratia et libero arbitrio libr. j. Ad ipsum et monachos qui cum eo erant. De correctione et grana lib. j. De natura et gratia libr. j. De perfectione iustitie libr. j. Ad Bonifacium libr. j. Ad macedonium lib. j. De videndo deum ad paulinam libr. j. Ad probam religiosam feminam lib. j. De quantitate anime lib. j. De continentia lib. j. De penitentia lib. j. De patientia. lib. j. De virginitate libr. j. De bono viduitatis lib. j. De bono coniugali lib. j. De adulterinis coniugijs libr. j. De decem cordibus lib. j. De predestinatione diuina. libri. j. Contra aduersarium legis et prophetarum lib. ij. De mēdacio libr. j. De gratia dei libr. j. De fide ad Petrum lib. j. De catheczādis rudibus lib. j. De presentia dei ad darda num. lib. j. De natura boni contra manicheos. libri. j. Speculum lib. j. De concupiscentia carnis aduersus spiritum orationes quatuor. Contra quinqz hostium genera li. j. De nuptijs z cupia lib. j. De ꝑdestinatōe sctōz z ꝑseuerātia li. j. De unico baptismo li. j. Ad aurelii de ope monachoz. li. j. De igne purgatorio lib. j. De natura demonū li. j. De laudibz caritatis. li. j. De cura agēda ꝓ mortuis li. j. De diuersis ꝑsuetudinibz ad ingsitoez ianuarij. li. ij. De gra no. testa li. j. De cōmodo vr. testa. li. j. De vtilitate credēdi. li. j. De vita xpiana. li. j. De agone xpiano. li. j. De bona religiōe. li. j. De bēficio. lxxxviij. li. j. Ad orosiū pbyterū. li. j. De errore pscilliantstaz. li. j. De musica lib. vj. Contra faustū manicheū. li. xxxij. Enchiridion ad laurentiū. li. j. Soliloquioz. li. ij. De imortalitate aie. li. j. De vita bēā. li. j. De ordine. li. ij. De achademicis. lib. iij. De disciplinis liberalibz. li. j. Ad iulianū comitē. li. j. Epistas ꝓuas ad diuersos. cl. Sermones diuersos. cc. Epistē et eius ad hiero. Regla de institutōe canonicoz. li. j. Retractatiōnū li. ij. De spū et lra. li. j. Omissis tutis aliozs sert vt ait

Vincenti. specu. hiſtor. ipſum etiam edidiſſe librum q̄ inſcribat de aia et ſpiritu. qui procul dubio eſt vtiliſſim⁹: ſelegans ⁊ doctus. Sed mihi nō videt hūc librū ſuū aug. fūpere. vnde ſeruatur aliquid⁹ potius ab hugone de ſancto victore et diuerſis libris aug. ad ꝓpendium extractum ⁊ ꝓpoſitum. Fuit aūt ipſe aug. valde humilis. vnde dicit idem Senex a puero. ep̄o tot annoꝝ a collega nonduꝝ anniculo paratus ſum edoceri. xxiij. q. iij. Si habes. Idē dicit. Noli litteris meis quaſi canonicis ſcripturis inſeruire. Sed ⁊ in illis q̄cunq; credebas eſſe inuenies incunctāter crede. In illis aūt q̄ certū habebas. niſi certū intelligeris noli tuum tenere. Idem. d. e. ca. Noli aūt. In eo ꝯpe numero ſum⁹. vt nō deſiderem⁹ eruditos ab apoſtolo dictū accipere. Et ſi forte aliquid aliter ſapuit: hoc ꝺs deus reuelauit. Sed ⁊ quante puritatis fuerit oſtdit in ꝓfeſſionum in quo ſe coram deo et hominē accuſat de his que minima vel nulla peccata reputāt ⁊ puerilia ⁊ adoleſcentie vt ibi patet.

## De myſterio trini- .§.v.

tatis ſic ait aug. in li. de trinitate vt habet enam de ꝓſe. d. iij. Omnes quoslegere potui qui ante me ſcripſerūt d̄ trinitate que deus eſt. dominoꝝ libroꝝ veterum ⁊ nouoꝝ catholici tractatores hoc intenderūt ſm ſcripturas docere. q̄ pater et filius ⁊ ſpiritusſanctus. vnius eiuſdemq; ſubſtantie inſeparabili equalitate diuinaꝝ inſtituant vnitatem. Et ideo nō ſunt tres dij ſed vnus deus. Quia pater filiū genuerit: et ideo filius nō ſit qui pater eſt. filiuſq; a patre ſit genitus: et ideo pater nō ſit qui filius. ſpiritusq; ſanct⁹: nec pater ſit. nec filius ſi patris ⁊ filij ſpiritus: et patri et filio etiā ipſe coequalis ⁊ ad trinitatis plenitudinē pertinens veritatē. Nō tñ eandem trinitatem natā de virgine maria. ⁊ ſub pontio pylato crucifixam ⁊ ſepultam. ⁊ tertio reſurrexiſſe a mortuis aſſeruerim⁹: ſed tantūmodo filium. Nec eandem trinitatem dicimus deſcendiſſe ſup xp̄m baptizatum in ſpē columbe vel ſup apoſtolos in ſpecie ignis: ſed tñ ſpiritum ſanctum. Nec eandē trinitatē dicimus dixiſſe de celo ſup xp̄m baptizatū vel tranſfiguratū tu es vel hoc eſt filius meus dilectus: q̄nus pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanct⁹ ſicut inſeparabiles ſunt ita inſeparabiliter operāt. Accipi. Ait tota trinitas operata eſt ⁊ creauit xp̄i humanitatē ſeu formauit. ⁊ illā collūbans ⁊ nubem ⁊ ignem. ⁊ illam vocem tñ vnius humanitatis illius fuit ad ꝓpoſitum verbi nō patris vel ſpiritusſancti. ⁊ columba illa vel ignis nō ad vnionē ſed ſignificatōz ſpiritualiter tñ. eccle. vox ad repreſentandū patrem tñ.

## De ꝓprietatibus .§.vi.

diuinaꝝ ꝓſonaꝝ ſic ait aug. in. vj. de trini. Quidā cū vellet breuiſſime ſinguläriter in trinitate ꝓſonaꝝ inſinuare ꝓpria. eternitas inquit in patre eſt. in imagine ſpecies: in munere vſus. Et q̄ nō mediocris auctoritatis i tractatōe ſcripturaꝝ et allegatione fidei extitit hylarius. hoc in libris ſuis poſuit verboꝝ hoc. i. patris imagines ⁊ muneris: eternitatis. ſpecies ⁊ vſus. Abditā ſcrutantes intelligentiā quātuꝝ valeo nō eam ſecuti me arbitror in eternitatis vocabulo. niſi q̄ p̄ non hꝫ patrē de quo ipſe ſit. Filius aūt de p̄re eſt vt ſit: atq; vt ille coeternꝰ ſit. imago. n. ſi pfecte imitet aliud ea⁹ eſt imago: ipſa coequalis ei. non illud imagini ſue. In q̄ imagine ſpeciē nolauit. credo. ꝓter pulcritudinem. q̄ tanta eſt cōgruentia ⁊ prima equalitas. ⁊ prima ſimilitudo in nulla re diſſidens. et nullo mō inequalis. et nullaꝝ pre diſſimilis: ſi ad idem patrem reſpondens ei cuius imago eſt. Vbi eſt prima ⁊ ſumma vita. cui non eſt aliud viuere. aliud intelligere eſſe ſed idem. Primus ⁊ ſummus intellect⁹ cui non eſt aliud viuere. aliud intelligere: ſed idem eſt. Et hoc eſt vnum et tanq̄ perfectum verbum cui non deſit aliquid. Et ars quedam omnipotentis et ſapientis dei pleta omnium rationum viuentium incommutabilium. Et omnes ſunt vnum in ea ſicut ipſe vnum de vno cum quo vnum ibi nouit omnia deus que fecit per ipſum. Eſt aūt ineffabilis quidem vel completus patris et imaginis q̄ nō eſt ſine pfruitione. i. ſine gaudio et ſine cantate. Illa ergo dilectio. delectatio. felicitas vel beatitudo. ſi tamen humana voce aliqua digne dicitur: vſus ab illo appellata habetur. Et eſt in trinitate ſpiritusſanctus non genitus: ſed genitori genitoreq; ſuus ingenii largitate atq; vbertate p fundens omnes creaturas pro capite earū. Itaq; illa trinitas ad ſeinuices terminati videntur et in ſe infinita ſit. Qui videt hoc experte vel per ſpeculum in enigmate gaudeat cognoſcens deum et gratias agat. Qui vero nō videt. tendat per pietatem fidei ad videndum: non per cecitatē ad calumniandum. q̄m vnus eſt deus ſed tamen trinitas. hec aug. Que verba hylarij ſunt tante profunditatis vt dicit magiſter in primo ſententiarum. di. xxxj. vt etiam exhibita dicta expoſitione Aug. vix aliquatenus humanos ſenſus valeat intelligere. Aug. in enchiridion. A ſumma eqſiter et inpartibiliter bona trinitate creata ſunt omnia: nec tamen ſumme. nec equaliter. nec immutabiliter bona. Et tamen bona ſingula. et vniuerſa ſimul valde bona: quia ex omnibus conſtitut vniuerſitatis admirabilis pulcritudo. In qua etiam illud quod malum fit. cum et eo bonus eligitur ordinatum et loco ſuo poſitum eminentius commendat bona. vt magis placeant et laudabiliora ſint. dum cōparantur malis. hec idem. Aug. in enchiridion. Nihil fit niſi omnipotens fieri velit vel permittendo fieri quo ſcilicet ad malā. vel ipſe faciendo quo ſcilicet ad bona. Idez Deus omnipotens adeo eſt potens ⁊ bonus. vt nullo mō ido faceret eſſe aliquid mali in operib⁹ ſuis niſi eſſet ita potens ⁊ bonus vt de omni malo eliceret mala bonum. ſicut de impietate iudeoꝝ in paſſione xp̄i redemptionē hominum: ⁊ de crudelitate tyrannoꝝ infidelium patientiā et coronam martyrum. Ipſe aug. de pe. di. ij. §. vltimo. Sol⁹ deus omnipotens dicitur. qui cum omnia poſſit. hoc ſoluꝝ non potest: cuius poſſe nō eſt aliquid poſſe. i. peccare. hoc enim non eſt poſſe ſed deficere.

## De preſcientia dei .§.vii.

et predeſtinatōne q̄ nō tollunt liberum arbitrium ad bonum vel malum. Aug. xxiij. q. iij. ſic ait. Nabuchodonoſoꝝ penitentiam meruit fructuoſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus penituit et regnum quod pūderat rurſus accepit. Pharao ipſius ē flagellis durior effectus et pertt. Hec mihi rationem reddit. qui diuinum cō ſilium nimis alto ſapienti corde dūdicat. Cur vnum medicamentum vnius medici confectum. alij ad interitū. alij valuerit ad ſalutem: niſi quia chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. alij odor vite in vitam: alij odor mortis i mortem. Vnum ad naturam ambo homines erant: cōtrarij ad dignitatem ambo reges: ipſum ad cauſam. ambo populum dei captiuum poſſidebant: ipſum ad penam. ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos. niſi q̄ vnus dei manum ſentiens in recognitione propriе iniquitatis ingemuit: alter contra dei miſericordiſſimam veritatem libero pugnauit arbitrio.

Idem in eodem. Vafus ire nunq; deus redderet impenitum: ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum. quia nec deus peccanti homini iuſte inferret iram: ſi ex predeſtinatione dei homo ceciduſſet in culpam. Idez Predeſtinationem dei ſine ad bonum ſiue ad malum in ſuis operari inexpliſſime pitcurvt adverunq; homines quedam neceſſitas videatur impellere. cum in bonis voluntas ſit intelligenda ſed non ſine gratia: in malis voluntas intelligenda ſine gratia. Cum vero aliquos a deo aut traditos deſiderijs ſuis aut obduratos legimus. aut relictos peccatis ſuis: hoc ipſos meruiſſe profitemur. quia talia eorum crimina preceſſerant vt ipſos ſibi penam debuerint.

qua eis ꝛ supplicii verteretur in reatū. Atq; ita nec de iudicio dei queruntur quo deseruit meritos referri: ꝛ misericordie eius gratias agūt qua liberat nō meritos liberans.

Predestinatio quoq; dei semp in bono est q̄ peccatuꝫ sola bois voluntate ꝓmittim. aut remittendā nouit cum laude misericordie aut plectendū cum laude iustitie. In malis autem operibꝫ nostris sola dei prescia intelligenda est. qa sicut ꝓscuit et predestinauit que ipse facit ꝛ vt faceremus reducita prescinit tm et nō predestinauit que nec ipse fecit. nec vt faceremus dedit. hec ibi. Idem aug. Nulla necessitas cogit voluntatē hominis voluntarie incedentis ad ambulandum. Quis necessariū sit eum ambulare dum video ipsum ambulare. Eodem modo si quid prudētia dei prescientia videt id necesse est esse: et si nullaꝫ nature habeat necessitatem. At ea futura que ex libertate arbitrij proueniant ꝓscientia prenetur. Nec igitur ad intritum relata diuinum: necessaria sunt p̄ dispositionem diuine notōnis cui scilicet sunt omnia ꝓscita. per se vero ꝓsiderata absolutam nature sue libertatem non deserunt. Fiūt ergo procul dubio cuncta que futura deus esse prenouit. sed eorum quedam ex libero proficiscuntur arbitrio. vt sc̄z actus humani. Idem aug. xxiij. q. iij. Conspiantur in fi. ait. Ne scientes quis pineat ad p̄destinationem numeri ꝰ quis nō pertineat. sic ad omēs caritatis affectu debemus affici: vt velimus omnes saluari. Idem. xxij. q. iij. Sicut nō est abstinendum a bonis quos corrigi volumus. etiaꝫ si nullo hominum orante pro petro dñs respexit eum ꝛ ideo fecit flere peccatū: ita non est negligenda correctō. q̄ nisi deus quos voluerit non correctos faciat. esse correctos Tunc autem et correctōne proficit homo cum misericordia deus atq; adiuuat ille: qui facit quos voluerit etiā sine correctione ꝓficere. Aug. i li. de correctōne et gratia. Coniuntur homines fateri donum dei esse vt fiuiat homo vitam illam anteqū ex bono mutetur in malum. quia dicitur Raptus est scilicet a deo bonum ne malicia immutaret mētem eius. Cur autem id donum alijs detur alijs non detur ignoratur. Id tamen donum dei esse in bono perseuerantiam fm̄ scripturas de quibus multa iam posui testimonia fateantur nobiscum: et cur illud donum detur alijs. alijs non detur fas murmure aduersus deum dignentur ignorare nobiscum et illud apostoli exclamare. O altitudo sapientie et scientie dei q̄ incōprehensibilia sunt iudicia ei⁹. hec de pe. di. iij. Si ex bono. Augus. super Job. super illud. Nemo venit ad me nisi pater traxerit eum. Magna gratie commendatio ait augus. Nemo venit ad christū nisi tractus. Quem trahat. i. gratia sua quem non trahat. Cur illum trahat illum non trahat: noli inuestigare. si nō vis errare. Semel accipe et intelligе. Nondum traberis: ora vt trahāris. Non autem trahitur animus inuitus sed amore. Trahit etiam deus aliquando homines ad ferēdas tribulationum. vnde augu. li. ad Vincentium donatistam. Quis nos poterit amplius amare q̄ⁿ deus: et tamē nos non solum docere suauiter: verumetiam terrere salubriter non cessat. Fomentis leuibus scilicet beneficiorum quibus nos consolatur. sepe etiam molestissimum medicamentoꝫ tribulatis adiungit. Exercet fame patriarchas etiam pios et religiosos. populū ꝓtumacem penis grauioribus agitat. Non auferet ab apostolo stimulus carnis tercio rogatus. vt virtutem in infirmitate perficiat. Et infra Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere: et pastorem aliquando flagello pecora errātia reuocare. Et qui freneticum ligat et qui litargicum excitat: ambobus molestus ambos amat. hec. v. q. v. Non omnis. Idem augu. li. de libero arbitrio. de conse. dist. iij. Gratia qua per christum datur. non solum remittitur peccatorum facit. sed etiam vt lex impleatur. vt natura liberetur ne peccatum dominetur. Spiritus etiam gratie dat fidem. quę etiam non petira a deo concedit. Nam si deus est liberi arbitrij tm̄ sed donum dei. Idem contra iulianum. de ꝓsec. di. iiij. Nemo tollit peccata nisi ꝙc solus qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autem. et dimittendo que facta sunt vbi et originale continetur. ꝛ adiuuando ne fiant: et perducendo ad vitam vbi omnino fieri non possunt. hec ibi. Tollit autem xp̄c in ꝑtum de⁹ auctoritate cum patre et spiritu sancto: in quātum homo mentie. Idem aug. de pe. di. iij. Gratia cum destruit mala priora. i. per penitentiam de eis etiaꝫ remunerat bona. Et cuꝫ destruit quod suum non inuenit diligit et remunerat quod in peccante plantauit.

## De beatitudine .§. viii.

ad quam ꝓducit virtus. Aug. de ciui. dei. li. x. ait. Omniuꝫ hominum qui ratione quoq; modo uti possunt certa sententia est: omnes velle esse beatos. Qui autem sint vel vnde fiant dum mortalis querit infirmitas: multe magneq; controuersie concitate sunt. In quibus philosophi sua studia et ocia contriuerunt de qua re legimus platonicos inter philosophos omnium nobilissimos propterea quia sapere potuerunt immortalem ac rationalem vel intellectualem hominis animam nisi participato lumine ipsius dei a quo et ipsa et mundus factus est beatam esse non posse. Itaq; illud quod omnes appetunt. i. vitam beatam. quemq; illi aliter sentiunt negant: qui non vni illi optimo qui est incommutabilis deo puritate casti amoris adhesent. Si hoc errauerunt. quia plures deos colendos putarunt: vel colentibus populis assentiendo. Idem augus. in li. confes. Omnes beate viuere volumus. Beatus autem neq; ille est. qui non habet quod amat qualecunq; illud sit. Neq; qui habet quod amat si illud nocium sit. Neq; qui non amat qđ amandū est cū sit optimū. Nā et q̄ appetit qđ adipisci nō pōt: cruciat. Et q̄ adepta ꝓ qđ adipiscendū nō est fallitur. Et qui non appetit quod adipiscendus esset: egrotat. Restat ergo quartū. vbi vita beata inuenti possit. cū id quod est bois optimū: ꝛ amat. et habet. Hoc ait deus est. quē si sequimur: bene. si ait assequimur: beate viuimus Sed quomodo sequimur quod non videmus: Aut quomodo videmus qui insipientes sumus scilicet et nobilitis circa diuina tenebrosi. Sed per fidem sacrarū scripturarum per dilectōnem operantes inuamur. vnde subdit aug. Refugere ergo in tenebrosa capiennibus diuina dispensatione nobis illa auctoritatis opacitas occurrat. et mirabilibꝫ rerū vocibusq; librorū velut signis tēperationibꝫ veritatis umbrisq; blandiat. Itaq; vere religionis fide ꝓcepeis seruatis nō deseramus vīa quā nobis de⁹ ꝛ pātriarchārū segregatōne ꝛ legis vinculo ꝛ ꝓphārū presagio ꝛ suscepti hois sacro. ꝛ apl̄oꝝ testimonio. ꝛ sanguine martyrum ꝛ gentiū occupatōne munivit. nī eiq; ratiunculas diuinis submittamus affatibꝫ. Audiam⁹ q̄ qđ finē bonoꝝ nobis xp̄c ꝓscribat: Nec dubiū q̄n sit finis q̄ nos sūmo amore tendē iubet. Diliges inquit dñm deū tuū ex tuo corde tuo. ꝛ ex tota aīa tua. ꝛ ex tota mēte tua. Dilectō igit deū redit. q̄ se illi bō nō ꝓponere ꝛ supponere effectat. Quod quāto fecerit instanter: tanto erit beatior ꝛ sublimior. ꝛ illo dominante liberi erim⁹. Fiet̄q; p caritatem vt ꝓfectemur deo. ꝛ circūcisi ad b m̄do nō ꝓfundamur cū bo q̄ nobis debent esse subiecta. Denicq; si virt⁹ ab hīs vitā nos ducit. nihil virtute esse affirmauerim nisi summi amoris dei. Nam et illud qđ virt⁹ quadripertita dī: ex ipsius amoris varietate quodā effectu dī. Est. n. temperantia amor integrū se ꝑbens ei qđ amat. Fortitudo ē amor facile tolerās oīa ꝓpter id qđ amat. Iustitia amor amato seruiēs soli. ꝛ ideo recte dominās. Prudētia amor ea quibꝫ adiuuatur ab eis quibꝫ impedit sagaciter eligēs. Si hāc amorē. nō cuiuslꝫ sed dei cē dixim⁹. i. summi boni. summe sapie. summe pcordie. Est enim caritas simplex ꝛ pura. que spiritu sancto inspirata ꝓducit ad filium per quem pater cognoscitur. Hāc igit officium temperantie est exuere veterem hominem ꝛ in deo renouari. id est contemnere illecebras corporeas omnes

laudemq; popularem. totumq; amorem ad diuina cõferre. ne subeant le homo q̃ peccata hois retro que sit̃ precte facta diuina lege subiecta sunt. ſQuid enĩ est aliud fallis bonis studi atq; ꝛ capiũ ꝛ eplo inferiora miranda ꝛ appetenda arbitrari. De fortitudine non multa decenda sunt. Amor nanq; ille de quo loquimur quẽ tota sanctitate oportet inflamatum esse in deum. in nõ appetendis illa temperans in amittendis fortis vocatur. Sed inter hec omnia que in hac vita polluent. corpus grauissimuz vinculum est nulli limis dei ingrato ꝓpter ant̃quũ peccatũ quo nihil est ad predicandũ notius: nihil ad intelligendum secretius. Hoc ergo vinculum ne pcutiatur atq; vexetur la bonis et tolonis. ne autẽ auferat atq; perimat. mortis terrore animã quatit. Amat enĩ illud vi ꝓnetudinis non intelligens si bene eo atq; sciẽter vtatur. resurrectõez. reformatõemq; eius ope et lege diuina sine vlla molestia vi ro suo subdita foꝛe: sed cum hoc amore se totum in deum pueterit. His cognitis non solum mortem ꝓtemner sed etiam vesiderabit. Ad exemplum nobis considerandũ est amatores auri vel laudis vel feminarum q̃fortes sunt in perferendo pro eo q̃d diligunt. Justicie vero congruit vt deo quez diligat libentissime seruat ceteraq; oĩa partim subiecta regat. partim subijcienda presumat. Et vt dicit aug. li. confes. Et di. viij. Que contra. Luz deus aliquid contra morem. aut pactum quo tibet. etsi nanq; ibi factum est nõ faciendum est. et si omissuz: instauandum est. et si statutum non erat: statuendum est. Si cẽ regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliquid. quod nec alius an ipsum nec ipse vnq; inflerat. et non est contra societatez ciuitatis eius si ei obtemperatur. immo contra societatem esset si ei non obtemperaretur. ſ. in hoc. Generale quippe pactum est societatis humane. obtemperare regibus suis: quantomagis deo regnatori vniuerse creature sue ad ea que inserit sine dubitatione seruandus est. sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas ad obediendum minori preponitur ita deus omnib. hec ibi. Et hoc primet ad instigam. Lobedire sapientibus. De prudentia diuitias disserendũ est. ad quaz dinoscentia pertinet appetendoꝛ et vitandoꝛum. que si desit: nihil horuz que docta sunt efficiet. Hums exercitatum vsqz ad. vt sub repente paulatim mala suasione fallamur. Qui cĩ spernit modica paulatim decidit. Dicit autem augst. di. xxxvij. Quis errare quantũ possumus cauendus sit. non solũ in maioribo sed etiã in minoribo rebꝰ. nec nisi ignoãtia rerum possit errationem tamen est ꝓsequens vt nemo quis erret qui aliquid nescit: sed qui existimat se scire q̃d nescit. pro vero quippe approbat fallum q̃d erroris est ꝓpium. Verum in qua re quis erret interest plurimũ. hec ibi. Nam vt idem aug in enchiridion ꝛ xxij. q. ij. In quibus rebꝰ nihil interest ad capescendũ regnũ dei vtrũ credant. vel nõ. ꝛ vtrũ vera putent vel nõ: in his errare arbitrandum est nullũ esse peccatũ vel minimũ. Sed in his sine q̃rum fide vel notitia deus colꝝ nõ pñt errare vel falli pnicio sum. Ubi etiã notandũ. q̃m oĩi crimine ẽ error deceptus qi rõi obscurate pallione videt illud q̃d sibi ꝓponit faciendũ. et li in se iniquitatẽ vi et mal⁹ bonũ mandato dei preponendũ. vñ in puerbijs dicit. Errãt q̃ operant malũ. Et augu. dicit q̃ pcessũ nõ est appetẽ⁹ mali ꝛ rerũ. ſin se bñ vel no meliozꝛ. vñ ꝛ ꝓtra prudentiã agit q̃ elit recta rõ agibilium. et vt meliora preponantur minus bonis.

## De dilectõne. augu. .§.ix.

in li. ꝓfes. Quid amplꝰ de motibꝰ disputẽ. Si deus ẽ sũmũ bonũ bois nihil aliud est homi bene viuere q̃ ex toto corde. et tota mẽte et tota aĩa deũ diligere a q̃ conflat. vt i corrupt⁹ in eo amor custodiat̃ q̃d ẽ tẽpantie. nullis frangatur incomodis q̃d est fortitudinis. nullis aĩs fruat: q̃d est iusticie. Uigilet in discernenda rebꝰ ne fallacia subrepat: q̃d est prudentie. Hec est bois via ꝓcerto qua sola impetratur. vt veritate ꝓfruatur. hoc nobis vitrq; testimẽto conjũat. Nõ põe aũt hõ seipm nõ diligere qui deuz diligit. imo ille soꝰ se diligit qui deũ diligit: qi sedule agit vt summo bono ꝓfruat. Nõ aũt agis recũ. agendũ est cum primo. ſ. vt ad id bonũ eũ adducas ad q̃d ipse tendit. Illud. n. est vnũ bonũ q̃ omnibo recũ tendentibo non fit angustũ. Et qua. ſ. dilectõne. primi nascunt̃ officia societatis humane. in quibo non errare difficile est. Duobo enĩ modis peccat in homine. vno si le dilatur: alio si cum potes nõ adiuuetur. Cunq; hõ sit rõnalis aĩa vtens mortali corpore: ptim corpori. ptim anime bñfacit: qui ꝓmũ diligit. Ad corpus ptinet medicina. Ad aĩam disciplina. Medicinam voco quicquid corporis instaurat vel tuetur salutem. vt est cibus ꝛ potus. tegumentũ. recũ ꝛ hanõ. Disciplina vo illa que anime medicina est in duo distribuit. ſ. cohibitionem et instructionẽ. Cohibitõ timore instructõ amore ꝓficitur: eius dico cui⁹ꝓ disciplinã subuenit. Nazꝰ qui subuenit. nihil boꝝ habet nisi amare. In his duobus verbis testamentis disciplina nobis regulam dedit. In veteri. n. timor. in nouo amor prenalet. q̃ ibi seruitus: hic libertas ab aplis ꝓdicatur. Merito igitur o ecclia catholica non solum ipsuz cuius adeptio vita beata est pure colendum ꝓdicas: cui soli anima rõnalis coherendo non misera est. scindens omne quod factum est q̃ subditũ tempori. neq; confundens quod eternitas. q̃ veritas. quod pax distinguit: neq; separans quod maiestas vna conjũgit. sed etiam proximi caritatem ita complectens vt vanitatum moribus quibo pro peccatis suis anime egrotant omnes: apud te medicina prepolleat. ſ. sacramentoꝝ.

Idem augu. li. de doctrina ꝛpiana aũt. Res quibꝰ fruẽdum est nos beatos faciũt. ſ. pater filius et spũsanctus: vnus deus. Signis quibus vtendum est tendentes ad beatitudinem adminamur ꝛ quasi adminiculamur. vt ad illas que faciant nos beatos puenire et eis inherere possimus. Nos ꝛo q̃ fruimur et vtimur inter vtrasq; ꝓstituti. si eis quibo vtendũ est vt sunt cia creata frui voluerim⁹: impedimur. cursus nr̃ vt ab his rebus quibo fruendũ est obtinẽdis vel retardemur: vel etiam reuocemur interdum amore prepediti. Frui enim est inherere alicui rei propter seipsam q̃d solum in deo fiendum est. Uti vero quod ivstũ venient ad id quod amas obtinendum referre: si tamen amandum est. Nam vsus illicitus potius abusio dicend⁹ est. Et dicit alibi Augustin. q̃ nil peius q̃ vti fruendis. vt scilicet seruire deo propter tempotalia. et frui vtendis scilicet in rebus creatis constituere finem sui amoris. Nõ aũt omnia quibo vtendũ est diligenda sunt. ſ. ex caritate. sed illa sola que aut nobiscũ. quadã societate referunt̃ in deuz sicut est homo vel angel⁹: aut ad nos relata bñficio dei p nos indigner sicut corp⁹ humanum. Quatuoꝛ q̃ sunt diligenda. Unũ q̃ est sũ ꝓnoꝝ. ſ. de⁹. Alterũ q̃ nos sumus. scz aĩa. Alterũ quod est iuxta nos. ſ. primus quo ad aĩam Quartũ q̃ est infra nos. ſ. corp⁹ nr̃m ꝛ primi. Precepto aũt quo iubemur diligere ꝓximum etiam sanctos angl̃os ꝓueni certum est. a quibus nobis magna nãc bñficia impendunt̃. Et vt aũt idez aug. ad macedoniũ. xxij. q. ij. Debet hõ diligere ꝓximo sicut seipm. vt quem potuerit boiez beneficientie ꝓsolatione. vel informatõe doctrine ꝛ discipline cobercat inducat ad colendum deum. quo ſ. ad viuentes in scło. Idem sup epl̃az primã Joh. o pe. dij. Si quis tantũ habuerit caritatẽ vt parat⁹ sit ꝓ fratribꝰ mori: pfecta est in eo caritas. Sz nunq̃d mox vt nascitur protinus pfecta est. Ue ꝓficiat ꝛ nascit: cũ fuerit nata nutrit̃. cũ fuerit nutrita roboret̃ cum fuerit roborata q̃ficiatur cũ ad pfectum venerit tunc dicit. Mihi viuere xpc est et mori lucrum.

## De gradibus con- .§.x.

templatõnis per creaturas visibles. ꝛ aie vires ad cognoscendum et amandum deum. Augustin libro. confesso. ait

Dereliquisti dñe cor meum ⁊ amauit te. Sed et celū ⁊ terra ⁊ omnia que in eis sunt. ecce undiq; mihi dicūt vt amē te. nec dicere cessant omnibus vt inexcusabiles sint. Quid autem amo cum te amo. Non corporis speciem. non decorem temporis. non candorem lucis. iste amicis tuis amplexus. non armonias dulcissimas cantilenas. non aromatum suauitatem vel aliquid huiusmodi. non manna et mel. non membra corporea delectabilia carnis amplexui. Non hec amo cum deum meum amo. Et tamen si dicam quod hec non amo. uera dicam. sed nescio quo modo hec amo. Et quid est hoc? Interrogaui terram et dixit. non sum. et omnia que in eis sunt idē cōfessa sunt. Interrogaui celum et luminaria eius. ⁊ dixerūt. nos non sumus deus quem quaris. Interrogaui omnia que circūstant fores carnis mee. Dicite mihi de deo meo. quod vos non estis. dicite mihi de eo aliquid. Exclamauerūt voce magna. Ipse fecit nos. Interrogatio mea respō sio eorum species eorum. Et dixerunt mihi. Tu quis es? Et respondi mihi homo. Et ecce in me presto sunt corpus et anima vnum interius. aliud exterius. Quod melius quod interius. Renunciant quippe nuncij corporales rationi presidenti. et iudicanti de responsione celi et terre dicentium. Non sumus deus: sed ipse fecit nos. ego itaq; interior homo cognoui hoc per exteriorem ministerium. id est per sensus corporis mei. Nunquid ergo omnibus quibus integer est sensus apparet hec species? Cur autem non eadem omnibus loquitur. animalia autem pusilla vident ea. nec tamen interrogare valent. Non enim preposita est in eis sensibus nunciantibus iudex ratio. Homines autem possunt interrogare vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur. Sed amore subduntur eis et subdita de eis iudicare non possunt. Nec illa respondent interrogantibus: nisi iudicantibus. Et vox quidem eorum. id est species eorum omnibus loquitur. sed illi soli intelligunt: qui eam foris acceptam intus cum veritate cōferunt. Dicit enim veritas. non est deus celum ⁊ terra. nec omne corpus. quia moles minor est in parte qm̄ in toto. Iam tu melior es o anima quia tu vegetas molem corporis tui. prebens ei vitam: quod nullum corpus prestat corpori. Deus autem tuus etiam omnibus vita est. Per ipsam igitur animam meam ad illum ascendam. Trāsibo autem vim meam qua corpori bere et viraliter cōpagem eius repleo. quia ꝑnanus est equis et multis. Transibo et illam que carnē meam sensificat. quia ipsa ꝑnanus est bestijs. Et ecce venio in campos et lata pretoria vbi sūt thesauri innumerabiles imaginū de cuiuscemodi rebus sensibus inuectarū. quas ꝑ ipsas a facie recedet oculus mee abigo: donec emubilentur quod volo. atq; in conspectu prodeat ex abditis. Ibi mihi celum et terra presto sunt cum omnibus q̄ sentire in eis potui. preter illa que oblit⁹ fuz. Ibi mihi ꝑ ipse occurro. meq; recolo quid q̄n et vbi egerim. et quomodo cum agerem affectus fuerim. Ibi sunt ea que sine experta a me sine credita memini. Et eadem copia etiam similitudines rerum. vel experturum vel ex eis quas nō expertus sum creditarum alias atq; aliās: et ipse ꝑ hec futuras actiones et eventura et spes eōs et hec omnia quasi presentia meditor. Ibi sunt et illa omnia que de doctrinis liberalibus preperta nondum excidernnt quasi remota interioris loco. nec eorum imagines ꝑ res ipsas gero. Nam cum audio tria genera questionum. an sit. quid sit. quale sit: sonorum quidem quibus hec verba conflecta sunt imagines teneo. et eos per aures cū strepitu pertransisse ac iam non esse scio. Res vero ipsas que illis significantur sonis. neq; vllo sensu corpori attigi: neq; vspiam vidi preter animum meum. Et in memoria mea recondidi. non imagines earū: sed ipsas. que vnde et quo ad memoriam meam intrauerint nescio. Item ꝑtinet memoria numerorum dimensionumq; rationes et leges innumerables. quarū nulla corporis sensus impressit: quia nec ipse colorate sunt. nec olent. nec sonant nec gustate nec cō trectate sunt. Affectiōes quoq; animi mei continet non in modo quo eas habet animus cum patitur: sed longe alio sicut se habet vis memorie. Per hec omnia discurrito et volito hac illac penetro et nusq; finio. Transibo igitur et hanc vim meam p animum meum ascendens ad te. ꝺ̄ desuper mihi manes. Habent enim memoriā pecora ⁊ aues alioquin nō cubilia nidosq; repeterent. non alia multa quibus assuescunt. Neq; enim assuescere valent vllis rebus nisi per memoriam. Sed vbi te inueniam vere bona ⁊ secura suauitas si preter memoriam te inuenio? Quō ergo quero te domine. Cum enim te quero. beatā vitā quero. Sed quō eam quero vtrum p recordationem tanq; eam oblitus sim. oblitūq; me adhuc teneam. An per appetitus discendi incognitam. siue quā nunq; sciuerim: siue quam sic oblitus fuerim vt me nec oblitus esse meminerim. Nō ne ipsa est beata vita quam omnes volunt. Ubi ergo nouerunt eam vt amarent. Numquam habemus eā in nescio qua noticia. te quia satago vtrum in memoria sit. quia si ibi est. iam beati fuimus aliquā. Nunquid memoramur eaꝫ sicut meminit earbaginē qui vidit. Non ita. quia non videtur beata vita oculis. quia corpus non est. Nunquid sicut meminimus numerorum. non. Qui enim habet hos in noticia: non adhuc quent adipsci. Nunquid sicut meminimus gaudium: fortasse ita. Sed absit domine vt si quos cunq; gaudio gaudeam: putem me beatum. Est enim gaudium quod non datur impijs sed eis qui gratis tuum colunt quorum gaudium tu es: et ipsa est beata vita gaudere ad te. de te. ⁊ ꝓpter te. Qui autem aliud sectantur gaudium. non ipsum verum: ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eorum nō recedit. Est igitur beata vita gaudium de veritate. Hoc gaudium omnes volent. Beata autem perfecte erit si nulla interpellante molestia de ipsa per quam vera sunt omnia sola veritate gaudebit. Ubi ergo veritas te inuenit vt discerem te. Neq; enim ita eras in memoria mea priusq; te discerem. vbi ergo te inueni vt discerem te: nisi in te supra me et nusq; locus. Accedimus ⁊ recedimus. et nusq; locus. veritas vbiq; presides omnibus ꝛsulentibus te. simulq; respondes omnib etiam diuersa ꝛsulentibus. Liquide tu respondes: sed non omnes liqui de audiunt. Infelix idem ait qui omnia illa creata scit te autē nescit. Beatus ait qui te scit: et scitta omnia nesciat. Qui scit te et illa nouit. non ꝓpter illa beatus: sed ꝓpter te beatus est. si cognoscens te scit deum glorificat ⁊ diligit. Sic ergo fidelis homo cui totus mundus diuitias est et quasi nihil habens omnia possidet inherendo tibi cui seruiunt omnia. Finis saltem nec septēnionis ejus nouerit. vtiq; melior est qm̄ mensor celi et numerator ꝛsiderū ⁊ pensor elementorū: et negligens tui qui omnia in mensura et numero et pondere disposuisti.

## De magnitudine .§.xi.

Dei mag. li. ꝛsel. Quid ē de⁹ meus. qd rogo nisi dñs deus. Sūme optime cōpotētissime. secretissime. potētissime. pulcerrime. fortissime. et incōprehēsibilis. immutabilis mutās oia. Nunq; nouꝰ nunq; vet⁹. Innouās cia et inueterlatē ꝓducens sup eos ⁊ nescias. Semp agēs. Semp quietꝰ. colligens ⁊ nō egens. portās ⁊ implens et protegens. Creās et nutriens ⁊ ꝓpiās. Querēs cū nihil tibi desit. Amas nec estuas zelas et securꝰ es. penitet te et nō doles. Iraceris ⁊ tranquillꝰ es. Opa mutās. nec mutās ꝛsilū. Recipis qd inuenis ⁊ nunq; amisisti. Nunq; inops et gaudes lucris. Nunq; auarꝰ ⁊ vsuras exigis. Semp erogat⁹ tibi vt debeas. Et quis hz quicq; nō tuū: Reddis debita nulli debēs donās debita nihil perdens. Et quid dicim⁹ deus meꝰ vita mea dulcedo mea scta. aut quid dicit aliqs cū de te dicit. ⁊ vt tacentibꝰ de te. Guia mihi dabit vt venias in cor meum ⁊ inebries illud. ⁊ vnū bonū meū amplectar te: Quid tibi sum ipse vt amari inbeas a me. ⁊ nisi faciā iracaris mihi ⁊ mineris ingentes miserias. Dic aīe mee deus. Salus

tua ego sum. Aug.xxij.de ciui.dei.c.xiij. Postq̄ emeruit plurima que deus cōtulit nobis in vita illa subdit. Hec omia sunt muser orū damnatorūq̄ solatia nō p̄mia beatoꝝ. Que igit illa sunt sit tot ⁊ tanta sunt ista ⁊ ta lia: Quid dabit eis quos p̄destinauit ad vitā. si hec dedit eis quos etiā p̄destinauit ad mortē: Que bona illa vita beata facit eos sumere. p̄ quibus in hac miseria filium suū vnigenitū voluit vsq̄ ad mortē tanta mala perferre. Que bona in illo regno accepturi sumus. quando christo mortē p̄ nobis tale ius pignus accepim⁹: Qualis tunc erit spūs hominis nullū ibi habēs vicii. nec sub quo iaceat.nec cui cedat.nec cōtra quod certet. saltim laudabiliter pacatissima virtute p̄fectus: Rerū ibi oim quāta q̄ speciosa q̄ certa sciēta sine errore aliquo vel labore. vbi ipsa dei sapiētia in suo fonte potabit. cum tāta felicitate sine vlla difficultate: Quale erit corpus. quod oīno spiritui erit subditū ⁊ vindicatū nullis alimentis indigebit: Jdē.c.viij.de ciui.dei ait. Omnes illi qui nūc latent corporalis armonie numeri nō latebūt intrinseca ⁊ exiri secus per corpa cuncta dispōsin ⁊ cū ceteris reb. que ibi magne ⁊ mirabiles vidēbunt ratōabiles mētes in tanti artificis laudē rationabilis pulcritudinis delectatiōe succēdent. Quis motus talis corporis ibi sint futuri diffinire nō audeo.tamē ⁊ motus ⁊ status sicut ipsa species decēs erit.quicunq̄ erit. vbi q̄nō decebit nō erit. Vera gloria ibi erit. vbi nec laudātis error nec adulatione laudabitur. veras bonor qui nulli debet indigno: nec ad eos ambiet vllus indignus. Vera pax vbi nihil aduersi nec a seipso nec a quoq̄ quis patiet. Premius virtutis erit ipse qui virtutē dedit.eiq̄ seipsum quo maius aut melius nihil esse possit p̄mittit. Ibi vacabim⁹.⁊ videbimus: amabimus. ⁊ laudabimus.

## De mediatore xpi .§.xii.

Isto biesu. Augu.in lib.cōfess. Tu es veritas sup omnia q̄ fidelia. At ego p̄ anarciā meam nō amittere te volui sed volui tecū possidere mendaciū. Sicut nemo valet ita falsum dicere vt nesciat ipse quid verū sit: taq̄ amisso te. q̄a non dignaris cū mendacio possideri. Quē ergo inuenīre qui reconciliaret tibi: Vt mediatore inter te ⁊ homines oportuit esse. vt aliquid haberet simile tibi: aliquid simile hominibus.ne vtroq̄ similis hominib⁹ longe esset a deo: aut in vtroq̄ similis deo lōge esset ab hominib. atq̄ sita mediator nō esset. Hic est quē secreta misericordia tua demonstrauit humilibus ⁊ misisti vt eius exemplo ipsum discerent humilitatē. Hic inter mortales peccatores ⁊ mortalis et iustus apparuit mortalis cū hominib⁹ ⁊ iustus cum deo. Et quia stipendiū iustitie vita est ⁊ pax. per iusticiam cōiunctam deo. euacuaret mortē iustificatoꝝ impiorū qui cum illis voluit habere cōem. Hic demonstratus est antiquis sanctis vt ipsi iusti a per fidem future passionis. sicut nos per fidē ⁊ potentie salui fierent. Quomodo igitur nos amabilis pater bone q̄ filio tuo vnigenito non peperci⁹ sed p̄ nobis impijs tradidisti eū: Pro nobis nec factus est victor ⁊ victima. ⁊ ideo victor quia victima. p̄ nobis tibi. sacerdos ⁊ sacrificū: ⁊ ideo sacerdos quia sacrificium. faciens ex nos de seruis filios de te nat⁹ cōdo nobis seruiēdo. Mento mihi spes valida in illo ē. quia sanabis omnes meos langores per eū qui sedet ad dexterā tuā ⁊ p̄ nobis interpellat: aliōquin desperarē. Multi enim et magni sunt eide langores: sed amplior est tua medicina. Potuimus putare q̄ verbū tuū remotū esset a cōiunctione hominis. ⁊ desperare de nobis nisi caro fieret ⁊ habitaret in nobis. Jlle ergo vnicus in q̄ sunt omnes thesauri sapiētie ⁊ scientie dei absc̄dit: redemit me sanguīe suo. Nō calūnientur me superbi q̄m cogito pretiū meū ⁊ mādūco ⁊ bibo. ⁊ pauper capio saturari ex eo inter eos q̄ edūt saturant. ⁊ laudāt deum qui requirūt eū. hec ille. Augusti. de ciui. dei. Ut homo confidentius ambularet ad veritatē ipsa veritas dei filius homīe assumpto non deos assumpto: veniens stabilivit ⁊ fundauit fidē. s. docēs que sunt fidei. Aug. oia terrena contempsit hō christus vt ētemnenda esse mōstraret. Ambiunt homines dignitates. honorē ⁊ potestates. Rex fieri noluit. sed q̄relitus ad hoc fugit. Diuitias appetit. ⁊ ipse pauperim⁹ vixit. non habēs vbi caput suū reclinaret. Delitias querit ⁊ ipse vigilijs. ieiunijs. ⁊ abstinentia laborauit. Aduersa ⁊ obprobria refugiit ⁊ horrēs ipse autē cōtumelias. sputa. flagella. maledicta. clauos. ⁊ lanceā nō vitauit. Jdē aug. super ps. de cō. di. ij. Accesserūt indei ad biesum vt crucifigeret. Nos accedam⁹ vt corp⁹ ⁊ sanguinē accipiamus. Uere magnus dom⁹ ⁊ magna misericordia eius: q̄ nobis dedit mādu. are corpus suū. ⁊ sanguīe bibere. Jdē⁹ de cōse. di. ij. Quotidie eucharistiā sumere nec laudo nec vitupero. singulis tū dominicis diebo cōicandū hortor: si tamen mēs in affectu peccādi nō sit. Nam habēti adhuc voluntatē peccādi. grauari magis dico eucharistie perceptione q̄ purificari. Hec de illo dico quē mortalia nō grauant. Jdē. Dicerit quispiā nō quotidie percipiendā eucharistiā: alius affirmat quotidie. Facit vnusquisq̄ sin q̄ pie credent esse faciendum.

## De fide. Aug.xxiiij. §.xiij.

q.j. Ubi fides nō est. nō p̄t esse iusticia: quia iustus ex fide vivit. Nec⁹ estimatio aliquid sibi ex ulla mercede promittat. quia similiter vbi charitas nō est. nō p̄t esse iusticia. Jdē. xxxviij.q.j. §. Et bis taq̄ dicit. Dis vita infidelū peccatū est. Nec valet esse bonū. s. meritoriū: quod sit. ablq̄ deo. s. p̄ gratiā inhabitantē. Ubi enī deest agnitio eterne ⁊ incōmutabilis veritatis. s. per fidē falsa virtus ē. etiam in optimis moribus. Cuius autē nullus sit cogendus ad fidē recipiendā. ad recepta tamē seruandam cogi p̄t ⁊ debet. Uñ aug. ad vincēcium donatistā. xxiij.q.vij. Unides ait vt opinor nō esse cōsiderandū q̄ quisq̄ cogitur: sed quale sit illud ad quod cogit. vtrū bonū vel malū. Nō q̄ quisq̄ possit esse inuitus. Jz timēdo quod nō vult pati: vel relinquit impediente animositatē vel ignorantia cōpellitur cognoscere veritatē. ⁊ volēs iā teneat quod nolebat. Mea prima sūa erat. neminē ad vnitatē christi esse cogendū: sed verbo esse agendū. disputatiōe pugnandū. rōe vincendū. nec fictos catholicos haberē quos apertos hereticos nouerā. Sed hec opinio mea nō cōtradicentiū⁹ verbis trāsit. sed demōstrannā superabat exēplis. Nā primo apponebat mihi ciuitas mea que cū tota esset in partes donatiste ad vnitatē catholicā legū imperialū timore pueniebat. Et ita alie multe q̄ mihi nōmatim p̄memorabant.

## De correctione .§.xiiij.

ait aug. sup ps. xxxij.q.iij. Duo ista nomina cū dicimus. hō peccator. nō vtiq̄ frustra dicim⁹. Quia peccator est corripe. qz hō est: miserere. Nec oīo liberabis hominē nisi cū p̄secut⁹ fuerit peccatorē. Hinc officio nois inuigilat disciplina sicut cuiq̄ regēti apta ⁊ accōmodata ē. Nō sic ep̄o regēti plebē suā: sic enā pauperi regēti domū suā. diuiti regēti familiā suā: marito regēti cōiugē suā. patri regenti p̄olē suā. iudici regēti p̄ouinciā suā. regi regēti gētem suā. Ita nulli homini clandēda est misericordia. nulli peccato impunitas relaxāda. hec ibi. Jdē sup. ps. c. precedēti. Ne amisso iudicio sis pauper in mala cā misericors. Cui⁹ si parcis saccello pecunie cor ⁊ tāto nequitie reddis quāto sibi iustū fauere videt. Jdē in enchiridion. xcvij. clvi. Et q̄ emēdat verbere inquē potestas dat. vel cohercet alīq̄ disciplina. ⁊ tū peccatū illius a q̄ offensus ē vindicet er eode elemosynā dat qz misericā p̄stat. Multa n. bona p̄stant inuitis. q̄s eorū cōsulit. veritati nō volūtati: qz ipsi sibi inueniunt inimici. Jdē in sermone de verbis euāgelij. xxij.q.iij. A malis semp eode vindicandi. ad temp⁹ caute corpe copulamini. Quodo modo te nō maculat

mulus. si non cōsentiens 7 si redarguas. Et hoc est nō consentire: nō cōicare. Neq; ergo cōsentientes sūt vt apostatis. neq; negligētes vt nō arguatis. neq; suphientes vt insultātes arguatis. Idez aug. sup ps. xvj. q3. §. fi. Vox cōtribulatoū cū chusto. i. martyrū inter passiones periclitantiū: sed de capite presumentiū. 7 dicentiū. Deus in adiutoriū meū intende. Cū illis vox oīs iusti. cui est charitate abundans iniquitas christianoū pallio ē. vt loth qui pcussionē sodomitaz in sodomis a nullo sustinuit: sed a malis cōsiis cum quibus habitabat. Est ergo pcussio iusti vel a leone in impetu vel a dracone in insidijs. vnde oēs clamēt. Deus in adiutoriū meū intende. Idē ad vincēciam. dicēs. xlvij. ait. Qualibet vigilet disciplina domus mee. hō sum 7 iter homines viuo. Nec mihi arrogare ausdeo vt dom⁹ mea melior sit arca noe. vbi inter octo homines vnus reprobus inuētus est. Fiat melior sit q̄s domus abrahe vbi dictū est: eijce ancillā 7 filiū eius. Fiat melior sit q̄s domus ysaac cui de duobus geminis dictū est iacob dilexi esau aut ē odio habui. Simpliciter aut ē fateor christianitati vestre cotā domino deo quitelbi est sup animā mea. ex quo deo seruire cepi. qūo difficile sum expert⁹ meliores q̄s qui in monasterijs profecerūt: ita non sum expert⁹ peiores q̄s qui a monasterijs defecerunt.

## De peccato et pn̄i .§.xv.

mo de originali. Aug. de fide ad petrū. de cō. dist. iij. Firmissime crede 7 nullatenus dubites. omnē hominē qui cū cubitu maris 7 femine cōcipitur. cū originali peccato nasci. impietati subdeū. mortiq; subiectū. 7 ob hoc naturali ire filiū nasci. A qua ira nullos liberat. nisi per fidē mediatoris hominis ihesu christi. Firmissime tene nō solum homines ratione vtēs: verūetiā paulos sine natos. sine in vtero morientes. si sine sacramēto baptismi de hoc seculo transeūt: sempiterno igne puniēdos. Quia etsi peccatū proprie actionis nullū habēt: originalis tamen peccati damnationē carnali cōceptione et nativitate traxerunt.

Idē de baptismo paruloū. de cōse. dist. iij. Per baptismū christi id agit vt caro peccati enecuet. Non sic ante enacuat. vt in carne concupiscētia innata nō sit: sed ne oblit. Nā si post baptismū ad etatē naturalē perueneriūt. ibi habēt cum qua pugnēt: q̄q; adiuuāte deo superent: si nō in vacuū gratiaz suscepērint. Nam nec adultis hoc prestat in baptismo. nisi forte miraculo dei vt ler peccati repugnās legi mētis penitus extinguatur 7 nō sit. sed vt quicquid ab homine factū. dictū. vel cogitatū sit. cum eide cōcupiscētie mēte subiecta seruiret: totū aboleat. 7 q̄ si factū non sit habeat. Idē ad bonifacium. i. iij. q. Itaq; homo cū in seipso ab eo qui genuit alter est effect⁹: peccato alterius sine sua cōsensione nō tenetur obnox⁹. Trahit ergo reatū quia vnus erat cū illo 7 in illo a quo traxit. quādo quod cōtrarie admissum est. Nō ante trahit alter ab altero quādo sua vnoquoq; propria vita vinctē iaz ē vnde dicat. Anima que peccauerit ipsa morietur. De peccato actuali dicit idē aug. in lib. retractationū. xv. q. j. §. j. Peccatū est volūtas retinēdi vel cōsequendi quod iustitia vetat. vnde liberū est abstinere. Hoc ꝓpter ea verū est. q: difficilis est quod quomodo peccatū est. nō quod eius pena peccati. i. cōmissum ex ignorantia. Et idē augustinus dicit ibidē eodēmō intelligendū quod ipse scripsit libro de vera religione. vicz. Usq; adeo peccatū voluntarium malū est. vt si nō sit voluntariū nullo modo sit peccatū. Et hoc adeo manifestū ē vt nulla hic doctorū pauc̄itas. nulla indoctorū turba dissentiat. dicit intelligendū de cōmisso sciēter. nō ignoranter. Quis enī cōmissa a nescientib⁹ vel coactis nō possint dici omnino inuolūtaria. quia vicz 7 vult illū actū agere quod nescit peccatū esse. 7 quia dū neglexit scire illud esse. ꝓhibitū quod fecit: aliquo modo voluit illud ignorantiā vnde peccatū processit. Et subdit augustinus. in. §. seq. Omnes homines qui sciētes faciūt q̄ nō licet: vellent licere. Usq; adeo ipsum peccare nemo appetit. ꝓpter hoc ipsum. sed ꝓpter hoc q̄ est eo cōsequitur. Idē de ci. dei. lib. v. Nō vsq; quaq; absurde dici pōt ad dispositiones corporū affluxus quosdā valere sydereos: nō ante animi voluntates syderū positionibus subdi. Aug. xij. de ciui. dei. c. vij. Nemo querit causā efficientez male voluntatis. Nō cui est efficiēs sed defficiēs. q: nec illa effectio sed defectio. Deficere nāq; ab eo quod sūme est ad id quod min⁹ est. hoc ē incipere habere malā voluntatem. Causas aut ē defectionis istarū cū efficientes nō sint sed deficientes velle inuenire: tale est ac si quisq; velit videre tenebras vel audire silentiū. Quod tamē vtrūq; nobis notum ē. nec aliud nisi per oculos. nec hoc nisi p aures verba rūm sp̄ecie. sed in specie priuatōe. Nemo ergo a me scire querat q̄d me nescire fāo. Sic species intelligibiles mentis quidē nostra intelligēdo cōspicat. sed vbi deficit: me scientia condiscit. Delicta enim quis intelligit. Hoc scio naturam deinnocuā vitā ex parte posse deficere. Que vero ex nihilo facta sunt vt oīa creata: deficere posse. s. ex se. Que quāto magis sunt 7 bona faciunt cū aliquid. faciūt cū causas efficientes habent: inq̄tum deficiunt ex hoc male faciunt deficiēt enim nō ad mala sed male. i. nō ad mala sua natas. Sed ideo male: quia contra ordinē naturarum. ab eo quod est sūme ad id quod est minus. Non auri vicius est auaricia. sed hominis perverse amātis aurū iniusticia derelicta: que incomparabiliter auro debuit anteponi. hec ibi Et sic de aliis. Idē de ciui. dei. 7. xv. q. j. Sicōcupiscētia vel inobedientia que adhuc in mēbris morientibus habitat preter voluntatis nostre legē quasi sua lege movetur si absq; culpa est in corpe nō cōsentientis. Aug. de sermone dñi in mōte. de pe. dist. iij. ait. Sicut trib⁹ gradib⁹ peruenit ad peccati suggestione. delectatione. cōsentiōem ita 7 ipsius peccati tres sunt differētie. i. coūde 7 facto 7 in cōsuetudine tanq̄ tres mortes. Una quasi in domo cuz in corde cōsentit libidini. i. delectationi cuiuscūq; mortalis peccati. Scda quasi iam extra portā delata. cū i factū procedit assentio. Tercia cū vi male cōsuetudinis tanq̄ mole terrena premit⁹ anim⁹ quasi in sepulchro iam fetēs. Que tria genera mortuoū dñm resuscitasse q̄ quis euāgelū legit intelligit. Idē aug. de fide ad petrū. xv. q. j. Animalia. s. irrationabilia de sua factis nullā rationē reddituraa sunt qz rationabilia nō sunt. homines vero qz rationales sunt: de se 7 de omnib⁹ reb⁹. quas in vsum hui⁹ vite acceperāt rationē reddituri sunt deo. 7 ꝓ suoū actuū q̄litate recipiēt aut penā aut gloriā. Idē aug. in lib. de igne purgatorij. Et. xxv. di. §. Alias ea. tractans illa verba apli. Sicūs sapedificauerit sup hoc fundamētū. lignū fenum. 7 stipulā. ꝛc. sic ait. Multi sūt q̄ illā lectionē male vel legūt. falsa securitate decipiunt. dū credūt capitalia crimina p ignē trāsitoriū. s. purgatoriū posse purgari: 7 ipsi posse ad eternā vitā puenire. Si isti se deducūt qui sic sibi blandiunt. Illo n. igne transitorio. s. purgatorio nō capitalia sed minuta. i. venialia purgant. Et habdit ibi exēpla. nō de oibꝰ aliquibꝰ q̄ dicant mortalia adiciens. Quisq; aliquod horū in se dūati cognouerit. nisi digne emēdauerit 7 ab illis abstinuerit: eterna illū flama trucidabit sine remedio vllo. Monet ēt multa de venialibꝰ q̄ purgant⁹ in alia vita p ignē trasitoriū purgatorij.

## De penitēte i fine .§.xvi.

vite ait aug. in lib. de pn̄a. de pe. di. iij. c. vi. Cū multa sunt q̄ impediūt 7 languentē retrahūt a vera pn̄ia. vt afflictio infirmitatis. amor familie inordinatus. affluentia in malis affect⁹ vite pn̄ti⁹ 7 huiusmodi. periculosissimū ē 7 interitui vicinū ad mortē. perabere pn̄ie remediū. Si magnus est cui de⁹ tūc inspirat. Si si sic cōuersus ēt vita viuat 7 nō moriat. nō ꝓmittim⁹ q̄ euadat oēm penā. Hanc pn̄⁹ purgand⁹ est igne purgatōis q̄ in aliud seculū diffuit fructū cōuersionis. i. satisfacere ꝓ penis debitis ꝓ pec-

qui post Odoacrem ab eo occisum regnauit vt in ytalia. Pro huius plenioris informatōe sciendum est Jo. de col. q valamir ostrogotoz rex. pumo in obsequiū armie regis hunoz militauit in ytalia. Postq̄z ivo attila mortuus est. ab hunoz dominio se suosq̄ paulisper libertati memor abdicavit. Et simul ardentes gepidarū rex ceteroq̄ hūoi gentes subiecte fecerunt. At huni volentes non solū valamirē eiusq̄ exercitū a sue dñationis iugo excussisse. sed z ceteras gentibz vt similia facerēt fuisse autores. gothos vt fugitivos mancipia insequentes. armis cogūt vt ad seruitutē denuo subigant. Cōgregatis igit̄ suis valamir sup hunos irruit. tantaq̄ cede eos debachatus ē. vt deceteroz ostrogotoz arma meteret. Leo aūt qui tunc imperabat. mor cum gothis illiricū vastantibz fedus iniit. ac theodoricum tyodimeris filiū ex cōcubina nomine alcuina genitum a valamire eius patruo obsidem accepit. Occiso autem in assyria valamiro. Tyodimer eius germanus regia iura suscepit. Et statim theodoricum filium suum obsidē baram a leone imperatore gratāter excepit. Deinō theodoricus filius tyodimeris annum decimooctauum agēs. patre inscio aliquantis ascitis satellitibz. vicinam sibi satis matarum gentem invadens: optima et eorum spolia pii deportauit. Tyodimer mor cunctoz suorum nuro fauore ad regni gubernacula theodoricum assumpsit. Zeno qui post leonem primum imperiū susceperat circa annum dominī. cccclxxx. audiens theodoricum a patre regez factum ad se constantinopolim euocatum magno honore z veneracōne extulit. vt eoz etiam fastibus sublimaret. que dignitas post imperiale fastigium prima censetur. ereamq̄ illi statuam ante suum palatium collocauit. Theodoricus autem dum huiusmodi delitijs affluaret apud cōstantinopolim. illius mātres ostrogote cum eis ppter fidei sanctionem predas agere more solito non liceret. nec ab imperatore oblata stipendia sufficerent: ceperunt egere. Execrantur fedus. vituperant inanitem cum zenone factā pactionem. Vnitunt confestim ad theodoricū qui dicerent. Quia dum ipe grecorum epulis superfluit: ipi inopie miserias sustinerent. Hortanturq̄ vt si sibi suisq̄ consulere velit. citius redeat: quatenus cuncta gens sua pessundet. nouas ad habitandum terras exquirat. Zeno autem hec audiens z valde timens. vt se ac regiones finitimas gothorum metu liberaret. theodorico suasit vt ad ytaliā transiret. z ab iniustis occupatoribus sibi vendicaret. Eiq̄z ytaliam tribuens sacri etiam velaminis vt mos erat: tenno confirmauit. Senatumq̄ illi populum romanum q̄ commendans abire iussit. Theodoricus igitur his rē causis ad suos reuertitur. gothosq̄ hortatur vt q̄primū parati sint inde ad ytaliam possidendam iter arripiant.

Ac ꝺo primuſq; ad ytaliam q̃uenissent. tratillam gẽpidarum regem insidias sibi molientẽ bello fugatos interfecit. Busam quoq; bulgarorum regem magna simul cũ suis agminibus cede pstrauit. Egressus itaq; a trachia ꝛ missa theodoricus. monit gothos cum coniugibus ꝛ liberis et cum suppellectili ꝛ omnibꝫ suis p ſyrmiũ pannoniasq; ꝛ illiricum aliasq; regiones ytaliam intrauit. Quam cum ingressus esset. intra sonticum amnẽ non pcul ab aquileia castra posuit. atq; dum vberrimis que habentur eodem loco pascuis fatigata et longitudine itineris aliquãdiu inmenta reficerent. mox ei magno cum suorum exercitu totiusq; ytalie viribꝫ odoacer occurrit. Quem theodoric⁹ liberter excipiens. magno fugatum prelio. postremo in fugam conuertit. Theodoricus post fugatum odoacrem inde veronam properat. vbi odoacer minoi exercitu illi in pugna occurrit. Sed theodoricus in pugna congressus non pcul a verona etiam ipm odoacrem magna cede p triuit: ac cum suo exercitu uare terga compellit. Quidaꝫ ꝺo et suis multibus metu fuge dum se in arbesim amnem precipites mergunt. undis implicati suffocantur. Theodoricus denuo fugientes insequens. veronam illico consternatis ciuibus intrauit ꝛ occupat. Odoacer cũ suis qui remanserant romã contendit. Sed obseratis sibi portis excluditur. Qui dum sibi ingressuꝫ vetari videt omia loca p que iter faciebat gladio flammisq; consumpsit. Ravennam se cõfert. vbi ibi se rueri aduersus hostes possit. Theodoricus ꝺo verona digrediens mediolanum pruenit. Ibiq; dum consisteret. magna multitudo. plausuq; ytalie populi cõuenere. Sed paucis intericctis diebus tedditius exercitus tuffa quodam nomine insigniter odoacris se partibus tradidit. Ea res tantum theodoricum pterruit. vt se suumq; exercitum intra monitões retinens. Demum relictis ibi matre sororibus ꝛ vniuersi vulgi multitudine. cum expeditis armatorum cuneis ad odoacris obsidionem ravennam profectus est. Et in eo loco cui nomen pinetum est castra posuit. Et p triennũ fere continuum odoacrem obsedit. Hanc abatus burgundiorum rex ytalie talium varietates aspiciens. liguriã cuncta ingenti exercitu ingressus est. Ac cũcta que rapere potuit vinpiens. infinitam secum ad gallias captiuoꝝ multitudinem traxit. Theodoricus tandem in urbe ravennã dũ odoacrem obsideret. Hec obsidio longius remotata est: ꝯ ipe cum gothis ab inicio extimarent. Inaq; theodoricus cum gothis triennio fere toto circa illam commorans capere nequiuit. Finitima tamen rauẽne oppida per hoc ipm tempus cepit omnia. preter cesenam. que ꝛ ipa validissimo odoacris pfidio tenebatur. Ad extremum fatigatis obsidentibꝫ ꝛ obsessis. pactõe res composita fuit: vt theodoricus simul ꝛ odoacer socij dominatũ ẽent. His pactis theodoricus ꝛ gothi ravennã intrarunt. negs postbac vlle pces ytalie illi causse fuere. Verũ hec regni societas nõ diuturna pmansit. Cum enim occultas inter se suspitões haberent. pueniens theodoricus inuitatuꝫ ad cenã odoacrem occidit. Theodoricus igit post odoacrem occisuꝫ solus cum gothis q ytaliam dominatur. Fuit autem eius dominatio non admodum dura. et si ptem agroꝝ vt nup odoacer diuiserat. p suis retinuit. Ceterum ciuitates p se ipas. ꝛ per ciues eoꝝ gubernari pmisit. Ipe ꝺo regni sedem ravenne constituit. ibiq; inhabitauit. triginta quinq; annis in ytalia regnans solus. Sz romam mox post mortem odoacri pfectus: a romanis cum gaudio receptus est. Quibus ille subsidiũ critici singulis annis. cc. milia modiorum concessit. Interea epi huius ẽpe sanctitate plenus. a theodorico in gallias missus ad gundabatum. ꝛ captiuis redimendis. ob sanctitatis sue reuerentiam sex milia captiuorum dono sibi concessa in ligurian secum reduxit. Sarones cum britãnis illo in tempore piu terra mariq; cum ancipiti palma pugnarent: tandem potentio res per longum insula potiti sunt. Theodoricus vt sui regni vires stabiliter confirmaret. interea alde filiã ludouici francoꝝ regis filiam in matrimonio iungit. Vandalorum regi henrico amafredam germanam suam matrimonio sociat. Sigismafredo filiam malabergam burgiorum regi Ermefrido in matrimonium sociat. Theodicodo quoq; filias ex cõcubina natas. alteram allanchovi sigotarum regi: alteram sigismundo burgundiorum regi consociat. Amalasuintam ꝺo tertiam filiam Eutarico ex alamannorum stirpe veniẽti euocato de hyspania tradit. Et sic ytalie ꝛ occidentalis pris nulla gens affinis pretermissa est. que theodorico aut coniunctionis affinitate aut pactionis federe non sit sociata. Post hec theodoric⁹ nec segnis ocios⁹q; permansit. Nã anno domini. cccccxv. siciliam totam cum omnibus adiacentibus insulis regno suo adiunxit. Et dalmaciam quoq; sibi subditam fecit. Quin etiam p hec tempora magno cum exercitu alpes. rhodanumq; trangressus in vicinorem galliam cõtra frã cos transiit. Cum autem theodoricus rex gothorum rempublicam in ytalia optineret. temporibus prioribus boetius senator clarissimus. vt infra dicetur de sapientia eius. amator reipublice in multis regisq; pfidicia opone bat. Cunq; ꝛ propter generis nobilitatem ꝛ eloquentiam apud omnes de eo magna ẽt opinio: etiam ab ipo rege timebatur. Quare vt creditur subornatis quibusdam vt ipm crimine lese maiestatis accusarent. dixerunt q ipe p dita ciuitate romana anastasium principem in ytalia euocauerat: vt rempublicam de manu theodorici liberaret. Gothorum sumpta occasione ipm cum quibusdam alijs romanis nobilibus apud papiam exilio relegauit. vbi in carcere positus librum de phie consolatione scripsit. vbi demum ab eo interficitur. Symachus quoq; patricius socer boetij. qui et ipe cum eo republicã illustrabat a theodorico occiditur. Qui theodoricus hereticus erat arrianus. Et Johes .j. papam incarcerauit. diuina macerat̃e carceris occidens. Sed ociciius alia aduersio diuina secuta est. Nam horribili ꝛ inopinata morte theodoric⁹ multis peccatis pollutã aiam repẽtina morte exalauit. Quã quidam solitarius vir magne virtutis vidit in vlione spũs in medio Johis pape ꝛ symachi ab eis i vulcani ollã que prima erat demergi. Quo mortuo ravenne gothe athalaricum et filia eius genitum quia filios non reliquit cum eadem amalasuinca matre sua regno ytalie pficit. Qui athalaricus cum in ytalia gothis quatuor annis imperasset immatura morte suberactatus est. Cuius mater amalasuinca theodorici filia post eius obitum Theodatum quendam sibi socium adsciit in regnum. Qui collatis beneficij immemor. non multo post tempore in balneo strangulare eã fecit. Cuius morte grauissime tulit iustinian⁹ q̃ imperabat in oriẽte. ꝛ aduersus theodatũ iuste cõmotus est. de quo theodato dicetur infra in sequenti titulo.

## Defuncto zenone .§.v.

Anastasius in imperio successit. Cepit aũt imperare anno dñi. ccccxcij. Ab inicio mũdi quinquies millo. dc. xcj. Et imperauit annis xxv. Hic ab arrhenico quodam trpitatus romanã impiam eutichiana hereſi maculauit. Quã ob causam etiã catholicos pfecutus ẽ. Et qi admonit⁹a papa hormisda plegatos. noluit se ab hereſi sep are: ꝛ preter ea rescripsit pape. ꝛ legatis ininis intulit. de iudicio ictu fulminis percussus interiit. Sub huius etiam anastasij imperio. rex quidam saracenoꝝ potentissimus ad fidem catholicam venit. Qui cum baptizari deberet. ꝛ ipm cum eutichiam hereticũ velle ad crudelitatem sui dogmatis trahere: hoc exemplo illos confudit. dicens se ĩas recepisse ĩ dñus asserebat michaelem archangelũ ẽ defunctũ. Illis aũt negãtibꝫ hoc ẽ impossibile cũ angeli sint natura impassibles. Quo igit ingt rex An vos magis creditis esse spũs nisi duarum est naturarum. quãdo quidem nec angelus mortuus ẽ. Tempore cuius anastasij in principio sui regni

Latus longobardoꝝ rex septimus heruloꝝ ad interitū vsq; deleuit. r eorum regem rodulfum captū interfecit. et regnauit annis .x. Sed postea vxorē boratum patruū suū uxoremit: r regnū longobardoꝝ inuadens ipm. r vxo. annis tenuit. Hic contra eppōs bellū intulit. r fuc uos vicit. Anno dñi. cccc. Ante hō tatum rex longobardoꝝ fertus dictus est dafon. q̄ regnauit annis. v. Et ante ipm quintus fuit Godoboc. qui regnauit annis. xj. Sub quo longobardi nouarum sedū audi. rugoꝝ regionē eo q̄ fertilis est r pene deserta occupauerūt. Nonus aūt in regno longobardoꝝ fuit valterius vualchonis ex filia nepos. q̄ regnauit annis. vij. Trasmundus q̄ fratri suo henrico vel patri in affrica vandaloꝝ regi successerat. eius secutꝰ pfidiam in plecatione ecclesie clausis catholicoꝝ ecclesijs cc. r xx. epos iterum in sardiniam relegauit. Sed trasmūdo defuncto vandaloꝝ rege arriane pfidie. hildericus eꝰ filius ex captiua imperatis valētiniani filia ortus adeptꝰ est regnum. Qui non patris hereticj pessimi qui eū adhuc regnat in morte r nunq̄ catholicis adhesit secutus est errorem r monita. sed catholice matris fidem imitatus est. Qui hildericus adepto regno omnes episcopos q̄s ride ganerat pater ab exilio reuocauit. r ecclesias reformari pcepit.

## Athalaricus igitur .§. vi.

puer a malasuncta filia theodonici genitus r ex eutharico patre ex alamanoꝝ stirpe procreante. Theodorico regi line viris prole decedenti cuꝰ matre successit in regno vitalie. Qui cū puer esset tota cura r gubernatō regni matrī erat vidue exhibens. Regina itaq; puer curam suscepīs literas latinas eradēdū tradidit. r moribus preceptores literarum quosdam et ex grecorum seniorib⁹ hominēs grauissimos circa puerum esse iussit. Ipa vō semote ad mōdum gubernationem regni exercebat. gothorum iniurias. etiam Theodorici facta quedam retractans: et ad meliorem formam reducens. Inter que illud fuit q̄ hoc tp̄ synachi filijs patrimonia iam a theodorico publicata. asserens eos falsis relationib⁹ ac temere a rege creditis fuisse damnatos. Theodatū vō cōsobrinū suum qui magnas in tuscis possessiones habens multa vicinoꝝ predia p tyrannidem occupauerat. ad restitutionem ablatoꝝ faciendā cum acerba increpatione coegit. Hec regine seueritas. multos gothoꝝ sibi inimicos reddidit. Inuocq; sūt ꝓspirantes quidā gothoꝝ proceres. fouere puerum cōtra matris propēsa uoluntatē. Quare ad reginā venientes nō placē gothis diuersū vt rex eoꝝ sub magistris r preceptoribus viuat. nec vt senioribus traditus obtempet decere magnus regem equos r arma r insenū exercitiū: nō seniorum frigiditatem aut mꝭoꝝ sedulitatē imitari. Vos eñ r coapuer animū regis effeminari: illos aūt r vigorem r peritiam crescē. Non eñ factū cē regē vt disciplinā literaq; ꝑdiscat. sed vt bello r armis potentiā exerceat. Hec etsi regi nam nō lateret quotidiani tenderēt: tñ ne refragari eoꝝ postulationi videretur concessit. Adolescens q̄ equorum puerilitatis traditus. breui admodū tpe lasciuoꝝ vitam sectatꝰ ac libidinis r ceteras bīnōi voluptates transiecto est. matrīs vō vsq; adeo repugnans r aduersus est. p peter malos suasores: vt neq; audire illā. neq; alloq̄ digna ret. Regina igit cū sep̄ hās artes ab aduersarijs oppugnari ac regnō spoliari videret. nō tulit dolorem ingentia spīa femia: r tres gothoꝝ ꝓceres q̄ auctores suasoresq; malox ꝑsilire puero erant. nullis clam pcussoribꝰ occidi fecit. Ipa vō adolescente sibi reconciliato gubernatōnēz resumpsit. Ipe aūt athalaricus ex supfluis vite lasciuia in varias egreditationes. plapsus. post quartus annus regni sui: vite autē sue decimooctauo defunctꝰ est. Ama lasuncta post filij obitum cōmodius sibi. pcellarum gubernationem regni arbitrare ti socium r adiutorem haberet. theodatum consobrinū suum in ꝑtem regni assumpsit.

Erat aūt theodatus literis grecis r latinis eruditus. multarumq; ꝑbe operam dederat. Ceterum natura imbecillus r inconstans multos vicijs laborabat. Is q̄ ad regnum beneficio regine assumptus. statim ingrauescēdine r pfidiam ostendit. Secreto eñ cum nuncio regine ꝑspirās. captāq; in vulsini lacus insulam relegauit. Nec multo post p filios agnatosq; eoꝝ quos regina in sedatione filij occidi fecit eam interficiet strangulari ꝑmisit. Hec malignitas r pfidia theodati multos gothoꝝ turbauit. nec multō a seditione aberant. Quę cum intellexisset iustinus imperator tempus ydoneum ratus ptate liberande mentem r cogitatiōes suas ad has pces conuertebat.

## Hac tempestate .§. vii.

Clodoueus apud francos regnabat vir ꝑbus r in armis strenuus. sed adhuc ydolox cultui deditus. Hic lotildis regis burgundionū sororem puellam xp̄ianissimā duxit vxorem. Cum autem hec primo intra cubiculi secreta silētia dausacū viro suo esset. anteqū secus maritali copla ingrederetur. dixit viro. O domine mi anteqū mihi maritali iungatis vinculo vnum precor. vt in regem r dominū verum ibm xp̄m celi r terre creatorem qui te creauit r ꝓprio sanguine redemit. et in spīm sanctū illuminatoē r confirmatorem cōm iustoꝝ credas. Et his agnitis ydola vana r mutа relinquas: r ecclesias sanctas quas destruxit restaura. Sed rex qui adhuc multis bellis fessus erat r semi barbarus. ptinc eius monita arrisit. Cum autem postea cepisset ex eo r peperisset filiū. volebat ipa regina lotildis parulū baptizari. quod ille vt gentilis recusabat. Sed tantum inflectit regina apud regem. vt ab eo obtineret ꝓcibus baptizari. Qui baptizatus q̄cūq; mortuus est dixit q̄ clodoueus regine. Nunc apparet quia vilis est deus cbaldus. quia cum p quem fides sua multum poterat sb̄limari in vita conseruare nō potuit. Cui ille. immo in hoc a deo meo me diligi multum aspicio. quia primus fructū ventris mei ipm recepisse. qui regnū suū tuo multomelius filio meo largitus est. Concepit secūdo r peperit quem sicut primum cum multa instantia baptizari fecit. Qui baptizatus mox infirmatus est ita vt de vita eius desperarent. Cui ret. vere debilis est hic ꝓ̄p deus tuus. qui nullus baptizatum in nomine suo in vita ꝑsistere potest. Nam similiter gentilis r illos baptizatos omnes gehenne. Sed puer consulit oationib⁹ matris. qui post cum regnauit Conabaturq; mulier sancta inducere virum suum ad fidem: sed ille resistebat. Contigit aūt non multo post vt Clodoueus cū alamānis bello congrederetur. Cumq; illo pelio iam exercitus eius cederet. r non sine strage multorum iam a facie hostiū fugeret. Rauitq; rex sup hoc attonitus. Aurelianus quidam ex eius comitibus xp̄ianus dixit ad regem. O francoꝝ princeps. reuoca in te animum. Crede in deum celi quē vxor tua predicat tibiq; absq; dubio victoria tibi dabitur et hostibus. Ad quam vocē subito immutatus est eor eius. r elevatis ad celum oculis dixit cum lachrymis. Domine iesu christe quem vxor mea predicat r adorat. qui in te sperantibus subuenis. in hac mea necessitate tuum adiutorium postulo: promittens tibi quia victoriam si dederis de hostibus meis credas in te et in tuo nomine aquis baptismatis renouabor. Inuocauit nunc usq; deos meos r non auxiliantur mihi. Ad hanc vocem franchi subito quasi diuinitus animati pelium re parant. Et qui iam a facie hostium cateruatim fugerant. facta impressione fugę compellunt. Quos insecuti franci multos occiderunt. multosq; capiunt. Sed et eorum rex in bello corruit. Igitur Clodoueus hac miraculosa victoria potitus in francias rediit. atq; que gesta sunt vxori retulit. Statimq; accersitus beatus remigius episcopus remensis ad regem venit. Instructusq; sufficienter in fide ad ecclesiam vt baptizaret accessit. Sed cum sanctum crisma vellet. subito columba nitea e celo lapsa ampullam

rostro chrismate plenas attulit. de quo beatus pontifex regem unxit. Hodie adhuc hec ampulla in remensi ecclesia religiose seruatur: vnde francorum reges in coronatione inunguntur. Baptizato autem rege totus ille populus francorum fide recepta baptizatus est. Eo tempore prima synodus a fratribus ussia clodouei regis aurelianis celebratur: in qua multa ecclesie vtilia decernuntur. Hic gloriosus rex postq̃ per omnes gallias longe lateq; dilatauit regnum parisius moritur: in ecclesia sancti petri quã ipse a voto sua lantildis edificauerat sepelitur. Cui⁹ regnũ quatuor filij eius sic pariter sunt. Nam Theodoricus sedes regni sortitus est remos. Clodomirus aurelianis. Childebertus parisius. Lotharius⁹ suessionis.

## .S.viii.

## Cum venisset rex Clodo-

meus parisius ait ad reginam vxorem suam. Bati mihi durum videtur q̃ gothi arrianã partem galliarum optimam tenent. Eamus igitur: et cum dei adiutorio eiciam⁹ eos de terra. Tu regina faciamus primo ecclesiam in honore beati petri apostoli vt in bello sit tibi auxiliator. Ubi rex dixit se facturum in responsione. Cum suo igitur exercitu Clodoueus se mouens. direxit se pictauis. ubi enim tunc rex gothorum Alaricus commorabatur. Transiens autem per territoriũ thuronense. direxit rex nuncios ad basilicã beati Martini cum muneribus. et equum suum quẽ amabat plurimum etiam misit. Cum autem ingressent nuncij limina ecclesie beati martini. primicerius ecclesie imposuit hanc antiphonam cantandam. Precinxisti me virtute ad bellum &c. Qui nuncij dimissis muneribus et orationũ suffragium petentibus cum leticia reuersi sunt. Cuncti vt misset rex ad flumium vincennam cum exercitu. in quo loco cum vadare deberet non inueniret propter inundantiam pluuiarum: deprecatus est dominum vt vadum illum ostenderet. Mane autem facto cerua mire magnitudinis eos domini nutu precedente vadum ostendit. Illaq; vadante populus secutus est vadum. Adueniente autem rege apud pictauos. dum procul ab ecclesia sancti Hylarij tentoria sua figeret. ea nocte farignea visa est exisse. apparuit nempe super ipsa tentoria in auxilium clodoueo regi cum virtute beati hylarij. Precepit ergo rex exercitui suo. vt nec cibum nec quicqȝ stipendij p̃ pago ipso acciperet: nec enim spolia. Fortiter ergo vincens cum suis copijs miliario decimo procul a pictauis contra regem gothorum. gothi cum rege suo nimis colli terga verterunt et clodoueus victor extitit. Deinde cum autem thuronicas ingressus multa munera ecclesie beati Martini tribuit. Equum pro suum quem prius ad ecclesiam ipsam transmiserat ab illis recipe seu redimere voluit: datis pro argenti solidis centum. Quibus datis equus ille nullatenus mouere potuit. At ille. date ait alios centum solidos. Quos cũ dedisset: statim equus solutus abijt. Tunc rex cum leticia abijt et ait. Vere beatus martinus bonus est in auxilio. suis carus in negocio. Ab anastasio imperatore accepit tunc codicillos clodoueus rex in ecclesia beati martini. Qui coronã auream in capite suo impositã assenso equo aurum et argentum in atrio presente populo multo eroganit manu propria. Hec gregor. thuronensis.

## Promaiori declara .S.ix.

tione de lotilde et clodoueo rege viro eius et filijs eor. Nota fm Vincen. p⁹ greg. thuronensem. q̃ eus gundench⁹ regnaret in burgundia qui et genere et balanci fuisse phibetur. quatuor filios habuit. Gondobandum. Godigsilum. Hilpericum et Godomarum. Gõdobandus igitur hilpericum fratrem suum interfecit gladio. vxoremq; hilperici ad collum ligato saxo in aquam precepit necari. Filias quoq; duas eius quarum vna senior vocabatur trona. Hanc mutata veste exilio condemnauit. Iunior lotildem nomine secũ domi retinuit. Denũ lotildis illa de sponsata est clodoueo. et q̃ modum occultum ei assentiri muste q̃ quendã sibi anulum nesciente gõdobando. Pro gõ clodoueus misit ad gondobandũ legatarij pro sponsa sua lotilde. quod cum ille negaret lotildem esse sponsam ei⁹ reperto anulo clodouei misso lotildi de consilio burgundionum timens iram clodouei eam licet quasi inuitus tradidit et destinauit in coniugem clodoueo. Ipsa aũt Lotildis vxor facta clodouei de vnoquoq; rogauit eum. Primum vt verum vñ coleret cum tunc paganus esset. Secundũ: vt requireret portionem patris sui et matris quos gondobandus auunculus ipsius lotildis interfecerat. et similem sanguinem eorum vindicaret. Primum igitur non tũc. et postea fecit. secundum vt impleret misit aurelianũ virum ad gondobandum. pter thezaurum regine lotildis. Qui in ira commotus ait. Nunquid in manus clodouei tradetur regnum meum aut thezauri mei: Recede a me. Furcham⁹ ait. Mandat tibi dominus meus rex: vt ei citissime remandes thezauros vroris sue. Sinaũt cum exercitu suo tibi occurret. Tunc burgundiones vano consilio dixerint regi. Da nepti tue de facultate tua quod ei contingit. qã sic iustum esse decernitur. habealq; fedus cum clodoueo et gente francorum ne forte irruant super terram nostram. qi populus ille ferocissimus et sine deo est. quod totum fecit gondobandus p manus aurelian: matrimam partem Clodoueo mittens et thezauro suo. et suppellectili neptis sue. Mortuo autem gondobando regnauit in burgundia pio eo filius eius Sigismundus. Mortuo autem clodoueo cum quatuor filijs eius diuiserunt inter se regnum equaliter. s. theodoricus. Lodomirus. childebert⁹. et lotharius. Primus. s. theodoricus habebat filium nomine theobertum strenuũ et vtilẽ. elevatiq; sunt in potentia magna. Almaricus quoq; filius alarici regis gothorum. sororem sibi ad coniugium a predicto fratribo petijt et obtinuit.

In diebus illis lotildis regina parisius veniens. rogauit filios suos vt iniurias eius indignantes patris et matris sue mortem vindicarent. Qui in ira magna commoti cũ exercitu magno burgundiam petierunt contra Sigismũdum et godomarũ reges filios gondobãdi. Tunc temporis edificabat Sigismundus rex monasterium sanctorum martyrum agaunensium. s. Mauricij et sociorum ser militum ser centorum. lxvj. in burgundia. Commoto igitur exercitu burgundionũ contra lodomirem regem et childeberti et lotharium fratres eius filios clodouei. Illeq; inter se pugnantibus burgundiones sunt cesi. Sigismundus vo cũ ad sanctos martyres confugisset insecutus est cũ lodomiris. et comprehendit eum et vxorem eius et filios captosq; in pagum aurelianensem adduxit eosq; in carcerem redussit. Beatus autem qui erat tunc sanctus dei abbas in aureliano deprecabatur lodomirem vt non occideret eos. Sed ille noluit eum audire. Interfecit autem sigismundum et vxorem eius et filios proiecitq; in puteum. Hec Sigismundus vt ait sigisbertus frater suus sigericũ pernicie malo eius nouerce vsus consilio. Qui posset competente prãe se adiciens et martyribo agaunensibo se devouens. q dignus fuerit venia. crebra polt mortem eius p ipm multis concessa gratia sanitatum testatur: et per eum febricitantibus indulta curatio. Cuius festum recolitur. iij. kal. maij

Iterum lodomiris occiso sigismundo congressus cum fratre sigismundi. s. Godomaro percussus et mortuus est vt scribit gregor. thuronensis in hystoria francorum. Qũ videntes franci. nimio dolore et ira commoti. godomarum persequentes exterminant et occidunt. omneq; regiones devastantes a puero vsq; ad senem omnes perimunt et reuersi sunt. Lotharius hoc audiens vxorem eius accepit in coniugium Gundengam nomine. que scilicet fuerat vxor lodomiris fratris sui. Tres autem filios lodomiris. ortpbanos. s. theodoaldus. Guntharium et lodoaldres. Lo-

tūdis regina nutriebat secum illos retinens. Eo tempore theodonic⁹ ⁊ theobertus filius eius ⁊ lotharius rex cū francorum exercitu renum transeuntes in thoringiam veniunt contra hermēfridum regem thoarigor. Hec audientes thoringi fossata fecerunt sub volo. coopientes ea cespitibus. Cumq; ad bellum ibi cōmissum intelligentes q̄ equi eor ibi cornmissi indignati sunt valde. Tantaq; cedes de thoringis fuit. vt ipe fluuius de cadaueribus eorum repletus. Francisq; eos tandē sup̄ potem trāsiuit ⁊ cōculcabāt eos vastantesq; omne regionem illam ⁊ captiuos adducentes omnia depopulati sunt. Hermenfridus quoq; rex per fugam lapsus vix euasit. Hermenfrido autem fuerunt duo fratres. Badericus ⁊ Bercarius. Et fm̄ hugo. flor. Lotharius rex inde rediens Rodegundem Berecharij regis filiam ⁊ Hermenfridi arpes secū adduxit. ⁊ eam sibi legitimo matrimonio copulauit Sed illa post modicum relicto marital thoro intra pictauensem vrbem vestem suscepit religiosam. in qua p̄ueneranes vitam suam laudabiliter finiuit. Theodoricus autem rex frater lotharij prefati vt dicit Gregor. turonensis. data fide Hermenfrido regi ad colpiacum ciuitatem fecit eum ad se venire. Cumq; super a murum ciuitatis colloqerentur. impulsus de muro corruit ad terram ⁊ mortuus est. Et huius infantes simul theodoricus iussit interfici.

## Hildebertus autem .§.r.

frater Lotharij ⁊ theodorici cum esset apud auernis ciuitatem. mulit sororem eius vxor amalarici regis gothorum nūcios ad eum. ⁊ significauit ipi quanta mala ei amalaricus faceret. ⁊ qualiter eum infidiaretur. ꝓpter fidem catholicam. Nam cum ad ecclesiam ꝓsiret ⁊ oratione faceret. sterco-ra ⁊ multos fetores proijciebat super eam atq; intantum eam verberabat vt sanguinem vomeret. Quem illa fidario suo collectū mittit fratri suo dicēs. Vindicate dulcissimi fratres laborem meum ⁊ iniuriam. Cum autē hec audisset hildebertus. ira magna commotus congregato exercitum maximum in hyspaniam perrexit contra Amalaricum pugnare. Qui amalaricus in fugam conuersus dū nauem ad euadendum quereret ⁊ hanc non cito inueniret. ab exercitu Hildeberti circūdatus cū ad ecclesiā christianorum fugeret. anteq; intraret in eam quidam franc⁹ eum percussit ⁊ mortuus est. Hoc Hildebertus devastata hispania tholetum vrbem ingressus. thesauros magnos inde abstulit. ⁊ cum sonore sua inde reuersus est. que cū in itinere languore supeniente mortua est: ⁊ postea sepulta parisius iuxta patrem suum clodoueū. Hildebertus autem inter reliquos thesauros calices. multos ⁊ alia ad ministeria ecclesiarum et auro facta p̄ecclesias fecit distribuere. Lanildis autem regina post mortem viri sui frequenter pergens thuronis ad sepulchrū sancti martini domino seruiebat. raro parisius veniens. secumq; nutriens filios lodomiris mortem vt dictum est. Cum autē esset parisius. videns hildebertus q̄ filios fratris sui senestis nimis diligeret. cogitans q̄ eos regeos faceret: dixit lotario fratri suo. Mater nostra elongare vult filios fratris nostri. Consilio igitur accepto p̄tractare debemus q̄d de eis debeamus facere. Aut enim condemnamus eos aut interficiamus: ⁊ regnum patris eorum inter nos diuidamus. Dixerunt igitur ad reginam parisius archadiam nobilem virum ⁊ industrium voloſe dicētes. Dic matri nostre vt mittat nobis filios fratris nostri vt eos reges constituamus. At illa hoc credens letanter misit. Quibus venientibus apprehendit lotharius puerum semotem ⁊ iecit ad terram. ac deinde in aceillam eius cultrum ⁊ mortuus est. Frat⁹ uniuit hoc videns. iecit se ad pedes hildeberti dicēs. Obsecro te. Succurre mi pijssime pater: ne ⁊ ego pereā sicut frater meus. Tunc Hildebertus motus lachrymis eius ait. Obsecro te frater charissime vt huius mihi vitam concedas. ⁊ quantumcunq; volueris p̄ huius vabo tibi. At ille ita successisse ait. Aut ego eum a te aut certe p̄ eo morieris. Tu es qui hoc malum ꝓpetrasti: ⁊ modo vis cū liberare? Hec audiens hildebertus. iecit eum a se ⁊ Lotharius eū interfecit ac pueros nutricios eoꝝ iugulauit. ascēsisq; equis abscesserunt. Regina hec audiens nimio furore attrita cum magno cetu psallentium ⁊ immenso fletu parisius corpuscula eorum sepelīri fecit. Hoꝝ vnus erat x. annorum. alius. vij. Tercius vo nomine Cledoald⁹ effugit: ⁊ per auxilium virop fortium liberatus est. Qui postea relicto regno terreno ipe ꝓpria manu se totōdit. ⁊ clericus factus in bonis operib⁹ p̄ficiens presbyter demum ordinatus est. In diebus illis mortuo theodorico filio clodonei suscepit regnū eius filius ipi⁹ theodebert⁹. Pi⁹ hec hildebertus ⁊ theodebertus nepos eius monēres exercitum contra lotharium ire disponunt. Ille hec audiēs ⁊ videns q̄ eorum potentie non posset resistere. confugit insulam. totamq; spem suam in dei pietatem transfudit. ꝑ lotildis regina mater eorum beati Martini sepulchr⁹ adijt. ibiq; in oratione prostrata tota nocte vigilans deprecabatur dominum ne inter filios eiusle bellum consurgeret Cumq; conuenissent cū copijs magnis vt die sequenti cū interficerent. Mane facto in loco in quo erāt ꝓgregati. orta est tempestas maxima tentoria disrumpens cuꝝ immissis fulgoribus atq; cuncta subuertit irruentibo ymbribus cum tonitruis validis. Illi ꝛo. ꝓstrati in terram corruentes cesi grandinibo validissimis ⁊ grauiter vulnerati corruerunt ⁊ nullum eis regimē remansit nisi solus dux. hoc maxime timebant ne combarentur igne celesti. Sed et equi eorum ita dispersi sunt. vt vix in .xx. stadijs reperiētur. et multi eoꝝ mō sunt inuenti. Tunc ḡ illi ꝓstrati penitentiam agentes veniam precabant. a deo: q̄ talia cōtra sanguinem suum agere voluissent. Sup̄ lotharij ꝛo nec vna gutta pluuie descendit. Illiq; mittentes nuncios pacem ⁊ concordiam petierunt. Qua data ad propria sunt reuersi. Post hec hildebertus ⁊ lotharius collecto magno exercitu iterum in hyspaniam se dirigunt. In quā ingressi ipam terram vastantes incenderūt. ⁊ interficientes populum ciuitatem cesaraugustam obsiderunt. Depulso autem qui ibi tenebatur obsessus. indutus cilicio ⁊ cinere aspso capite in tantaꝝ humilitatem ad deum cōuersi sunt. vt cum tunica beati vincentij martyris muros ciuitatis psallendo circuirent. Qō hi reges audientes. apprehenso vno rustico de ciuitate dixerunt. Vade dic epo ciuitatis. vt cum fiducia veniat ad nos nihil dubitēs. Qō cum fecisset: statim epūs cum muneribo occurrit eis. Hildebertus autem postulauit sibi dari ab epo reliquias beati Vincentij. At ille dedit sibi eas. Memorati ergo reges acquisita maxima gre hyspanie cum multis thesauris ⁊ spolijs reuersi sunt. Et hildebertus ecclesiam beati vincentij parisius edificauit. Motiensq; post dierum in firmitatem sepultus est ibi. Lotildis autem regina bonis operib⁹ pollens apud vrbem thuronicam plena dieꝝ migrauit ad dominū. Delatāq; fuit inde corpus eius cū magno honore parisius a filijs eius hildeberto ⁊ Lotharios consepulta iuxta virum suum clodoueum.

Capitulum iij.

## Oro regni persarum

originem altius repetere inquit sigisbertus modo non videtur vole. quia q̄ne huius regni fuerit antiquitas quanta ⁊ ꝑpotens huius antiquitatis nobilitas. satis recolit lector ꝑ antiquoꝝ hystorias. Hoc tñ notabo. q̄ sepe victoria abusi de romanis. nunc aūt recēsebo Iuliano apostata ⁊ exercitu romanoꝝ ꝓfligato. ⁊ finibus suis romano imperio mutilato. ⁊ sic ꝓ suo libitu pacis federe infra .xxx. annis composito: felicitatem suam non temperanter ferebant. Et sapore rege eoꝝ insolentius agēte. ꝓuincias ⁊ romanis omnimode infesti erāt. Hic

Sapot qui diu iam ante imperauerat ab anno primo gratiam imperauit annis .xxvij. Post hunc Sidigerdis annis .xxxij. Saagarares filius eius .xxxvij. Post hūc duades annis .xxx. Rabbades .xvj. Colchoe .xxxvj. Hormisda .xvj. hic fuit ei⁹ cosdroe occidit. ⁊ regnauit .xxxviij. annis. Hūc quoq; filius ei⁹ sirois pemit ⁊ regnauit an .j. Pe⁹ hūc hormisda anno .j. Hic saracenī q̄ ptius fuerāt ſb reg̃ pſaz: eos bello victos versa vice ſb suo redegerunt dominio .l. āno beroclij imperatoris romanoꝝ .xx. Sm cronicā. Extunc ꝙ pro regno persaꝝ intitulatur regnum saracenorum. Quoꝝ amerau mahanbad mortuo ebubeber principatus est annis octo. Post quem Aumet annis .xj. Quem pſa quidam se velle adorare simulans in ventre eius infixo gladio pemit. Cui substituit Hoccinem principatus est annis .x. Hoc quoq; tempto mahūmas ex ammireo auras factus principatur annis .xxv. Post quem Sisid filius eius annis .iij. Mathuā .j. Abdalas .j. Abimelech .xxj. Alid vij. Zulcimē .ij. Ammar .ij. Sisid .ij. hic iudeus quidam maleficus pmittens ei. xl. annos regnaturus pſuasit vt in toto regno suo dei sanctoꝝq; imagines deponi uberet. Qui spe diu regnandi seductꝰ edictum quidem proponit ipe tamen mox obijt. Pꝰ quē etiam pincipal saracenoꝝ annis .xx. Sisid vno. Murabam .vj. Quo perempto mahumar .v. Abdalas .xx. madi .ix. moyses .ij. Aaron frater eius .vij. Mahumad annis .v. Qui fratrē suo abdale congressus ⁊ ab eo superatus: eoꝝ sibi pregnare inuitus passus est. Et hoc bello regnum saracenoꝝ p aliquos annos defectum est. Ibiqꝫ refiat ei⁹ hystoria .l. sub anno dñi octingentesimo .xxj. post annos sexcentos sexdecim.

Capm̄ .iij.

# Noigiturprimo

Gratiani ⁊ Valentiniani imperatoꝝ qui fuit ab incarnatione dñi. ccclxxj. Primus regnauit sup francos Pharamundus ille magnus Priamus rex troye: ꝙ alias ⁊ annis .v. regnauit. Scdus rex filius eius macromirus annis .xxxij. Tercius pharamundus an .xj. Quartus clodius filius eius rex crinit⁹ .xvij. Quintꝰ merone⁹ an .x. Sext⁹ childericus annis .xxv. Septimus Clodoueus annos .xxx. hic a beato remigio baptizatur. Octauus Lotharius annis .l. Nonus chilpericus annis .xxij. Decimus lothar⁹ an .xlij. Undecimus Dagobert⁹ annis .xiij. Duodecimus clodoueus .xvj. Terciusdecimus lotharius .iij. annis. Deinde theodoricus frater eius ire regnum sublimat ꝙ a francis repudiat ⁊ tōsurat: ⁊ pansius in cenobio sancti dyonisij relegat. et regnauit quintusdecimus childericus frater eius annis .xij. Sextusdecimꝰ theodoricus frater in regnum restitutus q̄ fuerat tonsuratus regnauit an .xx. Decimusseptimus clodoueus annis .iij. Decimusoctauus childebertus annis .xvij. Decimusnonus clodoueus annis .iij. Vicesimus regnauit lotharius annis .ij. Vicesimusprimus Chilpericus annis .v. Vicesimussecundus Theodoricus an .xv. Vicesimustercius Childericus regnauit annis .ix. hic in monachum tonsuratur. Pipinus autem princeps auctoritate apſica ⁊ frām̄ comm electione in regē vngit ⁊ p sacrat⁹ a sancto bonifacio maguntie epo. A stephano quoq; papa eius generatio p filios suos karolomannū ⁊ karolū in hereditatē regalis successionis benedicitur. ⁊ omnis alienigena ab eius inuasione apſico anathemate interdicitur. Hic ꝙ vicesimus quartus regnauit annis .xvij. Vicesimusquintus regnauit karolus qui dictus est magn⁹ ꝓpter magna que fecit: annis regnauit .xlvj. Quoꝝ annoꝝ .xxxij. regnauit ñs super francos compartito regno cū karolomanno fratre suo. Deinde romani ab imperatore pſtantinopolitano desciscētes karolo magno impatoria laudes acclamāt cū eo p manū leonis pape coronāt ⁊ augustū appellant. Ꝙ de hoc plenius dicet cū ad tpa eius ventū fuerit. Et inde regnauit sumpto imperio romanis ⁊ francis annis .xiij. Deinde ludouicus filius eius regnauit. et imperauit an .xxvj. Deinde lotharius filius ludouici vsurpat sibi imperium Sed fratrib⁹ eius hoc grauiter accipientib⁹ ⁊ eū insurgentib⁹ quarto anno impij eius pacificati sunt: ⁊ pacificatus diuisio imperio. regnauitq; ludouicus in germania. Karol⁹ in francia annis .xviij. ⁊ hic fuit vicesimusoctauus regnūs in francia. Nā vicesimusnonus Ludouicus balbus annis .ij. Triceſimus regnauit ludouicus ⁊ karlomān⁹ fratres annis .v. Triceſimusprimus karolus imperator a francis i auxiliū sibi cōtra incursum normannoꝝ inuocatus regnauit in francia an .v. Triceſimussecundus eodo filius Roberti ducis regnauit an .ix. Triceſimustercius karol⁹ filius ludouici balbi regnauit annis .xvij. qui exul et martyr mortuus est. Triceſimusquartus Rodulfus regnauit annis duobꝰ. Triceſimusquintus ludouicus regnauit annis .xxvij. Triceſimussextus lotharius regnauit an .xxx. Triceſimusseptimus Ludouicus filius eius regnauit anno .j. Quo mortuo francis regnū transferre volentib⁹ ad karolum ducem fratrem lotharij regis. dū ille rem ad pfectū differt: regnū vsurpat hugo qui dictus est Capez marescalcus francie: filius hugonis magni et hawide sororis primi ottonis imperatoris. Sicqꝫ delecerunt reges de stirpe karoli. Anno dñi. dccclxxxvij. Regnauit igitur triceſimusoctauus in francia hugo capez annis .ix. Triceſimusnonus Robertus filius eius regnauit annis .xxxiij. Pꝰ quem quadragesimus regnauit henricus filius eius ann. xxx. Pꝰ cū philipp⁹ filꝰ ei⁹ annis .xlv. Post quē regnauit quadragesimussecundus ludouicus grossus filius eius anno .xxvij. huius filius philippes nuper in regem inunctus adhuc puer. dum in ciuitate parisius equo vehebat iuxta ecclesiam sancti germani porcus equi pedib⁹ se forte submittens. equū super ipm precipitem dedit. ⁊ de ei⁹ sibi ta ⁊ miseranda morte lucrem francis induxit. Regnauitq; quadragesimustertius ludouicus eiusdē ludouici grossi filius annis .xl. Post quem quadragesimusquart⁹ philippus regnauit filius eius annis .xiij. Quadragesimusquintus qui regnauit in francia ludouicus fuit filius philippi pcedā regnauit annis octo. Quadragesimussextus regnauit filius eius ludouicus qui adhuc regnat .l. tēpore quo scripsit Vincentius hystoriale speculi istud. Hec vincenti. Sed de his plenius infra: ac etiam de successoribus.

Capm̄ .v.

# Eregno brittannorū

Narrat (vt ait Vincen. spec. hysto. lib. xvij. c. v.) antiqua brittannoꝝ hystoria q̄ Albani⁹ ence troyani filius de stirpe suo stirpe nepotem habuit nomine brutū. Hic matrem suam nascendo patrē Ypo in veranda casu occidit. Cuius parricidij cū tēdiosum eū parentibus reddidit. vt de italia pulsus greciam fugeret. vbi exul cū esset tanta cepit pbitate pollere: vt pplem in eo ad eū troyanis qui ibi captiui habebantur ducatū coꝑ soniret. cui fretus multitudine ⁊ animatus pstito pcipit a pandrasio rege grecoꝝ libertatem eūdi ad alias nationes. Rex aūt ira pmotus bello eū pterere voluit. Sneq; potuit. Nā victoria adeo beato pspera venit. vt plurimos de exercitu regis perimeret. ipmq; ex imperatore ca pet. Regiāt mortem minatus. nisi rogantib⁹ annueret. cregit autē ab eo filiam suam in coniugium. ⁊ auri et argenti copiam multaꝝ naues frumentiꝝ ceteraq; marino innate necessaria. quesitis igitur ex regis imperio pstigq; trecentis nauib⁹ ⁊ omni genere varie onerate ⁊ auro ⁊ argento bruto sibi a rege accepit. ⁊ salutato rege equoreū iter aggressus ē. Trāsierunt autem affricam ⁊ mauritaniā. venerunt q̄; ad lauream tirreni maris. vbi quatuor generationes gentis sue cum leo inuenerunt cum duce eorum comite. Quibus secum assumptis direxerunt iter ad fines equitanie. Ibi exortus

est eis cum gallis grauissimus bellum quibus eo tempore presidebant. et reges. In quo congressu apparuit miranda fortitudo comitis ducis q tamen laude potius consule vni summo in capitet cum discrearet in duas gtes toto cor pore diuiso nepos autem bruti turnus ipe fortissimus miles. qui solo gladio suo sexcentos viros ibi peremit: bo stium gladijs occisus est. Deditq nomen turoni ciuitati qt in loco illo sepultus est. Finitoq illo certamine vbi ex vtraq parte multi interfecti sunt. brutus cum suis ad na ues redijt. ceptumq iter aggressus tandem ad insulam de stinatam peruenit. Erat autem nomen insule illius Alle on. a soliis gigantib inhabitabat. cum quib certamen ssepe habuerunt. Brutus ito de suo nomine insulam ap pellauit britanniā. homicsq suos brittones. Dux aūt Lo rineus terram que sorti sue cesserat corineam vocauit que modo cornubia vel acornubitanie vel p corruptionem dicti nominis sic appellatur.

## De successoribus .§.i.

Bruti. 7 qualiter saxones angliam obtinuerūt fm Vincen. vbi supra. Exactis viginti q̄nq; annis exquo insulā ingressi sunt. mortuus est brutus relicto trib⁹ filijs regni sui heredibus. Qui sepulto patre diuiserunt inter se regnū patris singuli prem suam de nomie ppio denominan tes. Primus cui nomen erat loerin⁹ ptem mediam insule possedit que postmodum leocria est appellata. Secund⁹ qui camber dicebat' accepit ptem illam que postea cam bria dicta est. 7 nunc wallia vocatur. Tercius cui nomē erat Albanactus possedit terram que nunc scotia nuncu patur. eiq3 indidit nomen de nomine suo. s. Albanac. Re gnauit aūt primus sc3 loerin⁹. r. annis. 7 mortuus est. 7 sta vsq3 ad iulium cesarem brittani libera dignitate regnare runt. sub cuius imperio romanis tributarij facti sūt. Hoc tempore ant bonium fere imminente incarnatione dñi. brittanoꝝ regis. per legatos eleuterij pape mysteria xpianitatis accepit. In qua aliqui vsq3 ad martyrij coronam peruenerūt. Orta enim psecutione sub Dyocleniano cesare. licet fides in plurib⁹ deficeret: in alijs tamen nec frangi nec vinci potu it morte. Sed postq̄ maximus tyrannus insulam brittā nie militū presidio euacuatā. 7 irruerūt picti cetereq3 bar bare nationes cū eis. populiq3 imbellem 7 totam terrā ce de 7 preda vastare ceperunt. Accessit 7 huic malo 7 ali ud. q̄ rex volting⁹ ad tutamen sui hostiūq; expugnatio nem inuitauit gentem saxonum adhuc pagana. Nam cū alijs dis strenue ac fortiter eos tutati fuissent. vsandi cu piditate illecti. dignitates ciuiū a rege petierunt. vt nō ita opem ferre ciuib⁹ q̄ portius tyrannidē exercere in eos libe rius possent. Quod brittannij precauentes eos expulerūt Sed illi repulsi multiplicius redierūt. pacemq3 simulan tes pene vniuersos principes eoꝝ fraudulenter occiderūt Prenalentes igit' ad tempus ciuitates 7 castella occupa uerūt donec exurgeret rex Aurelius ambros⁹ qui eoꝝ du cem interfecit. ciuitates ei ablulit: 7 reliquias eoꝝ effuga uit. Post quem surrexit Vterpendragon aurelij frater. qui genuit arthurum regem inuictum 7 magnificum. Post hos fer reges de gente eoꝝ regnauerunt. Et hūc p nalentibus anglis aurelio affricanoꝝ alarumq; gentium. brittones monarchiam insule 7 dyadema regni amiserūt Et alij quidem in minotem britanniam vbi eoꝝ 7 genos 7 nomen pmanet: alij ito in vualliam transfugerunt. denuo cum redirent regnum obtinuerunt. Sed non multo post vrgente eos diuina vltione p famem 7 mortalitatem. insu lam alienigenis gentib⁹ inuadendā reliquerūt. Et ab illo tpe saxones. i. angli. angliam de nomine eorum nuncupa tam sub dñio suo tenuerūt.

## De cathalogo regū .§.ii.

brittānie Vincentius vbi supra. A primo igitur anno ḡ tiani 7 deinceps regnauit apud brittannos maximus an nis .xxiij. Extunc brittannoꝝ vires nimijs bellorum irru ptionib⁹ attenuari sunt. Et qt romanis vndiq; bello labo rantib⁹ nihil subsidij habere poterant subtrahūt se ab eo rum dominatione. Inito aūt consilio direxerūt londonien sem archiepm ad regem minoris britannie Aldroenū vt eis succurreret. At ille tradidit eis frem suū ppiannū cū armata militū mana. Sicq; Constantinus erectus est in regem. Regnauitq; .x. annis. Et habuit tres filios. s. Con stantem qui monachus fact⁹ ē. Aurelium ambrosium. et vterpendragon. Itaq; post alios .xxij. annos ponunt q̄ dam anglos venisse in brittanū. s. anno dñi. cccclvij. Et Ambrosiū aurelū tunc regnare cepisse. Sed verius vide tur eos multo ante venisse q̄ ille regnauit. Deinq; p⁹ annos. xl. v. ab anno prenotato ponunt quidā initiū regni an glorum. Nam in hac re multum dissonant hystorie. Sta q̄ brittanni non valentes amplius ferre virtutem anglo rum. et victi pcessere in ius et nomen eorum. Et paul⁹ de gente anglorum olim secundus telus. Et alter alteri succe dendo regnauerūt apud eos p ānos. lx. P⁹ hos terra⁹ re gnauit apud eos edilbertus annis. lv. Post hunc regna uit cadhaldus filius eius. xxiij. Cuius filius caccobertus regnauit anno dñi. dcxl. 7 regnauit .xxv. Hic in anglia pri mus ydola destruxit: fidem xpi dilatauit. Post hūc filius eius egbertus annis. viij. Post hūc frater eius lothet annis .xij. Post eū edrith annis. ij. Quo mortuo extremi gentium rege⁹ regnū anglie decisum annis q̄tuor. Post hos vitred filius egberti anglos ab illa oppressione liberat 7 super eos regnat annis .xxx vj. Post hunc filius ei⁹ edil bertus annis. viij. s. vsq3 ad annos dñi. dccxxx v. Abbas regnum anglorum annotare sup sedeo qt maioꝝ i his hy storias nō habeo. Hec Vincen.

Caplm. vj.

## De origie regni vuan dalorum.

Vuandali quoq; de scithia oriundi vt ait Vincen. vbi supra. c. viij. a gothis vi cti alienas terras inuadere ceperunt. qui suas retinere nō poterant. Hos circa danubium cōmotantes rursus pa⁹ multū tempus gmerith gothoꝝ rex bello victos inde ex turbauit. 7 ad hoc compulit vt q̄ quoq; modo habere vi debant' terras relictis sedib⁹ romano imperio se subderēt 7 a constantino magno locum habitandi sibi dari supplici ter peterent. Quod 7 impetrauerunt 7 pannonias ab eo sibi delegatas p. lx. annos pacifice inhabitauerunt. Tūc anno archadij .xij. 7 honorij euocati instinctu stilliconis rebellionē contra rempublicam meditantis. influerunt se p gallias iunctis secū alanis: easq; alijsq; diu miserime di lacerauerunt. Et inde eos expellebant gothi. non quidē⁹ pspicientes galliarum quietem: si vocarefacientes patriā sue rapacitati. Vuandali aūr hyspanias aggressi: nunc hy spanias nunc gallias multo tempore depopulati sunt. Sz nec ibi a gothis tuti esse potuerūt. quippe q̄ gothi nimis ytaliam inquietabant. honorius impator deliberato p̄si lio cum suis hyspanias 7 gallias quas sibi a vuandalis et alijs gentib⁹ ereptas dolebat. gothis grata conflictatione donauit. Cum ḡ gothi a finibus sibi deputatis vuā dalos alioſq; hostes effugare maturarent. 7 vuandali vn diq; pcussi timore gothoꝝ effugarent: ipsi peccatis facien tib⁹ inopinata 7 ḡa occurrit eis felicitatis opportunitas. Nam inter bonifacium 7 ebium romanos duces. p inui diam orta simultate. bonifacius factus inferior. cum dolo rem sue iniurie nollet vlasq; nisi cū damno reipublice 7 pi culo ad hyspanias transiit 7 vuandalos ad occupandā libiam 7 affricam inuitauit. Quo cum peruenissent. ibi regnum suum multo tempore confirmauerunt. 7 diuina et humana sine aliquo respectu humanitatis vel diuinitat⁹ perturbauerunt. Ingressi autem affricam inter ceteras ter ras obsederunt yponensem ciuitatem. in qua presidebat' augustinus doctor⁹ ecclesie. Et quia nulli etati sexui gra-

dui parcebant victi vuandali ex compassione Aug⁹. valde afflictus infirmatus ad mortem venit in vno obsidionis tempore obsidionis. Et post paucos menses capta ciuitas expoliata ⁊ destructa fuit a vuandalis. Quo arriani heretici ex paganis effecti. ex eo q̄ cū missent ad valētem imperatorem vt mitteret eis episcopos doctores qui docerent eos fidem xp̄ianorum quā credere volebant. ille qui et ipse arrianus erat misit ep̄os arrianos a quib⁹ illo error infecti sunt. quo ⁊ quantū persecuti sunt vero catholicos infra eo. ti. patebit.

## Al primo igitur anno .§.i.

Gratianꝰ regnauit ⁊ vincep̄s sup̄ eos modigisillus ānis xxx. Post hunc filius eius gundericbus in hyspanie annis .xvj. regnauit. Hic capta hyspali cū impe clatus manus in ecclesia ipsius ciuitatis extendisset. mox dei iudicio a demone correptus interijt. Cui genserichus frater in regno succedens regnauit annis .xlviij. Hicvt fertur de fide catholica in arrianā sectam apostatauit. Hic successione regnandi inter filios suos ordinata. vt fratri morienti frater iugulos sine ꝓtroversia filioꝝ succederet mouit. Cui succedens honoricus filius eius regnauit annis .viij. Hic in eccl̄iam dei graviter efferatus vt dicet infra. Tandem dei iudicio p̄cussus scatens vermibꝰ miserabiliter expirauit. Post hunc gunt abādus annis .x. regnauit. P⁹ quē trasmundus frater eius annis .xxvj. Hic hildericum filium suum et eudoxiā filiā valentiani imperatoris a genseri co captiuata alligit facto ne catholicus i regno suo adhereret. Mo patre mortuo antecē regnū suscipieret omnes catholicos ab ecclijs suis fecit revocari. ⁊ ab episcopis ecclesias reformari. Sicq̄ suscepto regno regnauit annis .viij. euoluta .lxxiij. annis. ex quo genserichus annos eius statum ecclesie in affrica ꝑpbanauit. Post eum regnauit Gilemer annis .v. q̄ tante crudelitatis fuit vt nec parentibꝰ parceret. Tandem belisarius patricius a Justiniano imperatore ex iussa dei ad affricam liberandam de manu vuandalorum missus. noctu cum classibus rusticoꝝ vrbem intrauit ciuibꝰ ingressus carthaginem cepit ⁊ diuitias infinitas recepit Gilimerem ex fuga ad deditionē reductū imperatori constantinopolim redaxit. Sicq̄ vuandalorꝝ regnū destructum est. Sic tandem illa vuandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est. de p̄secutione facta cōtra ecclesiaz affricanā ab his vuandalis dicet infra.

Explm. vij.

## Othorum qui apud

pari membrox altitudine: ac scalarum ꝓgrandem numerū paranerunt. Et vitigis rex eox agmina quotidie vastari ducebat. z quid agere quoq; volebat ꝓnūciabat. Belisarius ante portam cum electissimis militum quotidie ꝓstabat. Quotidie ergo variis victoriis ab vtroq; pugnabatur. Gothi autem cum tempus rei gerende visum ē. egressi ex insidijs repente ad molam adriani inuadendam conuolarunt. scalisq; admotis primum ambitum qui figura quadrata molem cingit. repentino impetu ceperūt. Hec moles sepulchrum adriani imperatoris fuit: eximio ac magnifico ope confectum. Constat autē ex marmore pario summa artificum diligentia edificatum. In medio vō huius quadrati rotunda moles surgit. excelsa quidem altitudine: latitudine vō eius tanta: vt in suprema eius parte sit. habet vō pontes super tyberim amnē. qui ab ipsa mole ad aliam ripam extenditur. Belisarius autē ipam vt arcem z ꝓpugnaculum quoddam militibus suis custodiendam ꝓposuerat: z eius curam constantino mandauerat. Gothi ergo capto inferiori ambitu. molez ipam expugnare nitebantur. Milites autez de supiori ptē repugnātes. quo magis repellerent hostes ꝓ saxa hoc effecerūt. vt statuas que erant in suprema ptē molis illius. hominū. eq̄rum. z quadrigarum excellētū artificum ope confecte. partim integras. partim confractas ꝓcipitauerunt in hostes ruīentes. Constantinus quoq; repente succurrens repulsis hostibus militibus suis animā addidit. Et ꝓ hunc modum adriani moles seruata est. que hodie dicitur castrum sancti angeli. Exinde vitigis rex ad penestinā portam cum multitudine gothorum expugnandam accessit. quam tamen belisarius cum suis. et si difficulter defendit. Ceciderunt in his ꝓeliis ex gothis ad tria milia. Durante autē obsidione romani z si bellisarij virtutes admirabantur. tamen querela eorum aduersus ipm erat: q̄ ꝑ tantas gothorum vires exiguis ipe copijs concitato bello romam in ꝓsentes difficultates tenuisset. Bellisarius romanorum intelligens querelas. etsi alas hec eadem Justiniano significarat: tū tunc maiorem immodum cōmotus vehementius ad iustinianū imperatorē scripsit. vbis rome obsidionem ostendens: ac hostium multitudinē z suorum paucitatem. sibiq; tantūmodo ad quinq; milia militum restare: obsidem autem a gothis. cc. milium exercitu. Romanos vō horum periculorum insuetos: obsidiones nequaq; tolerantes. quantum vō ad se attinet vitam imperatori Justiniano renouille. Ceterum videndum eē q̄d ea res bonoris vel infamie illa sit allatura. Hijs literis Justinianus acce ꝓvalde cōmotus est. ac statim copias q̄dam iam paratas in ytaliā nauigare iussit. z maiores alias parare constituit. Ꝑcerant autem his copijs prati⁹ valerianus z martinus. Eaq; hyeme p etholiam z acarnaniā hyemarunt. Romanos hec significata in spem continuerunt. Interea asinarius z vligasalus gothorum duces dum hec rome geruntur quos in dalmatia vitigis rex miserat cum exercitu. classemq; illis dederat. coniunctis sibi maritimis barbarorum copijs salonas mari terraq; obsederunt. Constantianus enim qui ꝓ iustiniano imperatore ibi erat. impar tantis hostiū copijs munita prius affatim vrbe obsidionem tolerabat. Mōnunq; ēnā et vrbe egressus magna damna gothis terra mariq; inferebat. Vitigis autem rex gothorum quoniam expugnatio prius tē preata turpiter ei successerat. inquietior inde factus cūcta rimari non destitit. quibus obsessos romanos ēmanime affligeret. Dottus erat iuxta mare a dextris fluminis tyberis ripa. super eo vrbs valido muro cincta. Eo loco naues cuncta que mari feruntur deponebantur. Inde rursus terra vel fluuio romam portabantur. Vitigis igitur magnis suorum copijs repente z inopinate millio vrbem portuensem cepit. oppidanis contra subitam gothoz vim neq; satis ad resistēdū patis. Et hmōi occupatōe vrbis magne ꝓfecti difficultates rome creuerūt. frumēti cet. q̄ rerū q̄ vsui erāt ꝓtōdie facultate sublata. nā gothi ēt relicti oppidum ac fauces tyberis custodiebant. ne quid inde asportari valeret. Deinde predictus rex vitigis mille eines romanos quos paulum ante seruandos secum obsides vxorat interfici fecit: ꝓter paucos qui cognita ira figerunt in galliam. Belisarius vō annone defectu timens romanis ciuibus edicit vt filios z vxores z omnem inutilē bello turbam ne apolim mitterent. Idemq; milites suos facere coegit. Romani igitur vxores z filios z imbellē multitudinem emiserunt. Fames autem valida eodem tempore z anno dcii. cccc. xxxix. vt refert dauus ep̄s mediolanensis p̄ vniuersam ytaliam fuit adeo q̄ in pene ligurie mulieres penuria famis filios ꝓprios comederūt. Inter hec martinus z valerianus quos a iustiniano missos supradiximus romam venerunt. habentes equites ad mille ducentos. Erant vō hi ex magna ꝑte hunni. Adueniu hoīm eq̄tum recreatus bellisarius alia rōne q̄ prius bellum gerere constituit. Non. n. stans intra menia vrbem tuebatur: sed p̄ singulos dies equitatu subitis incursionibus hostes verabat. ex quo factum est vt infinitum hincinde acconderetur certamen: z in omnem experientiam veniretur. Vitigis gothorum rex cum postridie futurum ꝑlium cognouisset. gothos prima luce armari fecerat. instruendi acie pedites medios: a dextra vō z sinistra equites quasi alas dispositi. Ita bellisario obuiam ꝓgressus ꝑlium cōmisit. Milites igitur ab vtraq; ꝑte statim acriter concurrerunt. Duces vō posteos stantes hinc bellisarius illinc vitigis suos adhortabantur. Et ab initio quidem pugne bellisarij milites longe ꝓualebant. multoq; cadebant ex gothoz acie z pugnabant ab ipis hostium castris. multitudine in abundantes gothi in cadentiū loco alios submittebant. In hunc modum vsq; ad meridiem pugnatum ē neutra parte superante. Gothi deinde postq̄ ceperunt ꝑtum hostie. volentes impedire ne frumentum z alia necessaria romam deferrentur. octo circa ipam vrbem posuerunt castra. inter latinam z appiam viam. Dicq; latinam z appiā z hostiensem viam impediebant: oēm facultatem inferendi ꝓhibentes. Et hoc duriori admodū obsessorum conditio reddebat: ac fames hant dubia imminebat. Dicta tū segetes in agris fuere. milites noctu roma egressi frumēta importabant: ac magno ꝓtio quibus vendebant atq; ita indigentia sustentabatur. Ubi vō hec quoq; facultas defuit: tunc ꝛsperata omnia videbantur. Jam solsticium venerat estiuum. z pestis rome crassari ceperat. frequenterq; mouebantur non solum e plebe romana: verūtiam ex bellisarij militib. vnde z res ipa erat i summis difficultatibus z angustijs. Itaq; ad bellisarium venientes romani grauiter conq̄rebantur. Deinde bellisarius animus in eam cogitatōem traducere cepit. quemadmodū gothos difficultates rei frumentarie q̄ plurimas inferret. vnde ad diuersa loca milites suos misit. z sic ad gothorum castra cōmeatus portare impediuit. Et quo boni admodū ꝛpose euenit. vt gothi obsidentes non minoribus difficultatibus afficerentur: q̄ obsessi z super defectū frumēti. De silentio quoq; castra gothoz quasit. Inter hec alie copie a iustiniano misse in ytaliam peruenerunt. Fuerūt aūt equites traces octingenti. quos ducebat iohannes vitaliani fratris filius. Et delecta autem equites mille trecenti quibus erat alexander. z Marcentius z zeno. Sed et classe adducti fuerant peditum tria milia. quos ducebat paulus z chonon. Erant ꝑterea neapolim pedites quingenti. Hi omnes simul copie in vnum cōuenientes romaz petere constituerunt. Afferebant vō secum multū z magnum cōmeatum. Quas copias z cōmeatus cū ipe a tergo innasisset. illi vō qui prius fugerant a fronte repugnarent: incredibili cede illos oppressit. Tantusq; fuit apd oēs gothos terror. vt in castris vigilie duplicarentur. nec ō vlla re cogitarēt magis q̄ vt se ab insidijs bellisarij tutos ꝓstarent. Per hunc modum z cōterritis hostibus copie mul-

so impedimento bostium puenerunt. Gothis igr multis incõmodis fatigatis cum insuper nouas venenile copias bellisario intellexissent. de vrbe vendenda obsidione cogitare ceperunt. Jam enim multitudo ingens in gothorum castris vel pelle vel ferro cõsumpta erat. Multi morbo aut vlceribus debilitati. Jamq; virigis legatione romam missa cum multa hinc inde dicta responsaq; fuissent de causa iustitie tandem ad iustinianum imperatorem cõtrouersias referri cõcessit: vt ex eius auctoritate res cõponerẽt. Legatis ob hoc missi ac trium mensium induciæ vsq; redirent legati facte sunt. Obsidesq; hinc inde tradi. p inducias ex hinc seruandis. Darius mediolanensis epc̃s p id tempus cum eo cives aliqui mediolanẽses ad bellisariũ venientes vrbem mediolanum in potestate imperatoris fore dixerunt: si vel modicum ẽxercitum eo mittat. seqz potẽtes eẽ non mediolano solum: sed vniuersa ex gallia cisalpina gothos expellere: dũmodo imperatoris nominis auctoritas adsit. Hos bellisarius benigne susceptos ac multis amplissimisq; verbis cõmendatos bonam spem habere iussit: ac se cum tempus fuerit qđ postulant affirmauit.

Eodem tpe cum. p̃spera & leta viderunt omnia eẽ periculum sũ quenit horendum: quod parua momẽto cuncta pene subuertit. Presidium erat quidã civis romanus Jo cum ravenne habitare consueuisset ab initio belli p̃fati clam deinde aufugerat. romanoq; p̃ficiscebatur. Jn itinere autem constantini milites spoletum tegẽtes: gladiũ huic pecciose ostendunt: abstulerũt. Jo ergo spoliatus tanta iniuria indigne pestifera querela apud bellisarium expostulat reddi sibi ablata postulauerat. Bellisariusq; illi gladium sibi restituꝫ p̃cepit. Et cum sepius hoc p̃cepisset cõstantino ille p̃ceptum contempsisse ait. Ego inquit constantinus potius gladium illum in tyberim abjeciam: q̃m illi rebulom reddam. hoc valde cõtumaciter & pterue dicens. Tunc bellisarius. Nunq̃d tu mihi subes? Sabeo inquit posteq̃m imperator ita vult. Verum in hac re nunq̃ tibi parebo. Cum hec audisset bellisarius. magis iratus ẽ: ac vocari appantores iussit. Constantinus aũt putans in sui pnicium appantores vocari. arrepto pugione qui sibi ad femur pendebat in bellisarium ruit: eumq; paulo infra stomachum pcussit. Quo nisi circũstantes subito occurrissent. ac vi extorto pugione ipm in manibus apparatorum tradidissent. supremo illa die bellisario fuisset: eiusq; interitus cuncta simul secum ruinam trauisset. Gothi quidẽ eadẽ die rerum dñi efficiebantur. Sed nõ permisit dei bonitas tanta mala contingere. Cõstantinus aũt paulo post iubente bellisario interficitur. Cum aũt ob inducias factas supius bellisarius romã. gothi castra munitionesq; custodirent. querele & altercatões orte sunt p inducijs cõtra fidem violatis ex hmõi causa. Nam cum gothi portuensem vrbem & centũcellas vbẽ maritimã. ac albam vrbem que ẽ in marsis custodirent. deficientib; sibi necessarijs ad victum: eas vrbes vacuas dimiserunt. quas ytalorũ pfectus qui hostie cum classe romã transierat occupauit. Virigis igitur cum has vrbes ab hostibꝫ captas cognouisset. oratores romam misit. qui & fractas cõtra fidẽ inducias quererent: ob occupatas gothorũ vrbes. vnde & relituõem facere vrbere earum. Oratoribꝫ aũt bellisarius in hãc modã rñdit. Redite inquit ad regem vestrũ eiq; dicite. omnib; patere quib; de causis gothi eas vrbes p̃ relictis habuerint. Occupare ẽo q̃ a nullo possidentẽ: nequaq̃ phiberi põt. Et hoc suspitiones insurrexerunt q̃ rentibꝫ gothis patria bellisario referre. Nam ille tres vrbes magnas opportunitates bellisario ad bellum afferebant. Deinde misit in agrum picenum equitum duo milia. His autem copijs pfecit iohannem vitaliani. vt si q̃ gothi temptarent: eẽt paratus contra eos. Gothi igit furtim romam rapere temptauerunt. primo p aqueductũ quẽdã via nocte quesita. Deinõ ratibꝫ traiecto amne iuxta martium campũ. Sz in vtroq; loco eos spes fefellit. Nã p aqueductũ ꝓspecta lumina frandẽ illoꝝ veterarunt: & obrutso aqueductu facultas eis pclusa ẽ inuadẽdi. Et ad cãpũ martium detecta, pdicto conatum eoꝝ irritauit. Pridiano aũt illa ad intrãdum campũ martiũ ratibꝫ traiecto amne. adiutorio duoꝝ romanoꝝ ex infima plebe pcurabatur. Vigiles aũt qui positi erant ad custodiẽdũ talem locum. vnde ex amne in campũ martium possent intrare. duoꝝ romanoꝝ pecunia eis ob hoc data ope ordinatũ erat: vt ab eis acciperent potum somniferum quo hausto eniglare non possent. & consequenter accessum eoꝝ detegere. Sed deo volente alter eoꝝ penitẽtia ductꝰ rem bellisario patefecit: altero capto medicamentũ somniferũ qđ sibi ret tederat repetiẽ: & tota rei series expressa. Huic igitur bellisarij iussu nasus & auricule amputãt. ipseq; asino impositus p pinciani portam ad gothoꝝ castra missꝰ est. vt cognoscerent virigis detectã frandẽ & conatum suoꝝ patefactum. Bellisarius itaq; hoc ita trõbensis. seruãdas sibi inducias nequaq̃ extimauit. Quare ad iohãnẽ scripsit vt bellum exequeretur. Ille igr cum duobꝰ equitum milibꝫ agrum picenum quadens: vrbes natosq; gothorum predijs & rapinis regionem totã inuoluit. Ogathei ẽo virigidio patruũ cum gothoꝝ copijs sibi obuiã prefectum. plio superauit. ipseq; ducem cum magna parte copiarum occidit. Inde victor factus. captis multis agri piceni opidis. relictisq; auxinio vbino vibibo manitis copias deducens: fanum & pisaurũ cepit. Et cum arriminenses non bene conuenirent cum gothis. & appropinquãte cum exercitu tantũ terroꝝ intulit eis. vt desistin eo loco consistere rauennã omnes remigrarent. Claues aũt portas eis aperuerunt. & p hunc modũ iohannes arriminum cepit. Gothi aũt postq̃ arriminũ captum intellexerũt. obsidionem vbis romane dissolvere: atq; inde abire statuerunt. Jraq; virigis paucis post dieb; crematis castris cum omnib; gothoꝝ copijs abiuit. Qui insuper & magna vetimenta susceptt. ꝓterea quia media iam exercitus p terrãsgressa pontem: belisarius postremos a suis inuadi iussit. multisq; gothoꝝ interfectis reliqui tãtũ tumultu et festinatione pontem transire coacti sunt: vt ab vtraq; spõ da multi in flumẽ ꝓcipitarent. Durauit aũt hec obsidio vbis rome anno integro & die nouẽ in martio incepta.

Virigis ẽo licet rauennã tre gperaret. vibeo tũ etrurie & aliarũ pinciarũ cõtinere in potestate studebat. Quosdam milites suos Clusium ad vbẽ veterẽ. Tabertum. Auximũ. Urbinũ. Cesenã. ad montisferratũ custodiendi cã misit. Ipse ẽo cum reliquo exercitu ad obsidendũ arriminum pfectus é. Belisarius ẽo post recessum gothoꝝ Martinũ & Valdigerem cũ equitibus mille arriminũ festinare iussit. Indeq; iohannẽ & equites qui cũ illo erãt abducere: pedites ẽo ibi collocare. Johannes aũt neq; ipe parere voluit. neq; etiam damianũ patruelẽ suum parere pmisit cum suis equitibus. Qua re Valdiger & martinus arrimino abierunt. Virigis autem inter hec venies arriminũ obsedit. Duoq; statim tpe ligneũ turrim muroꝝ altitudini pareẽcerũt. Eã igitur gothi cõtra illã muri pte vbi facilios erat aditus ꝓtinuẽr postridie expugnare vbẽ. Johãnes p noctẽ eductis militibꝫ fossas latã & pfundã ab ea pte effecit. Cõmittit magnã plũ circa turrim. & p̃liũ & ateroꝝ certamẽ turrẽ gothi tetraxerũt. Cũ milta suoꝝ cedẽtibꝫ vetinẽto: vt spem abjcerẽt vi opidũ oppugnãdi sed fame quincere obsessos virigis cogitauit. Mediolanẽsibꝫ legatis p hecipsa tpa q̃ romã venerãt. auxiliares copias bellisarius concessit. Prefecit autẽ omnib; copijs mundilaz. vnũ ex familiaribꝰ suis virũ strenuũ. Qui transmisso tandẽ pado. ad vbẽ ticinũ (q̃ nũc papia dr) cũ ve nisset: gothi ex eo opido egressi illoo inuaserũt. Cõmillo aũt breui plio gothi intra vbẽ cõpellũt. Mundilas vero cũ copijs suis p pontẽ q̃ intra vbẽ erat transierunt. Et demum mundilas cum suis mediolanũ profecti in vrbem recipiuntur. Inde bergamuz. cbomũ. & nouaria. & alie illaꝝ

ptiam vrbes exemplum mediolani secute sunt: recipientes sponte mandata cū suis. Vitigis aūt cū ea que acciderant mediolani cognouisset. vrauq; frarno filiū magno cum exercitu ad loca illa transmisit. Qui 7 contineret fide ciuitates que nondum a gothis defecerant: 7 illas que iaꝫ recesserant a se recuperare conaretur. Ipse aūt Vitigis ad theudebertum francoꝝ regem qui fedus nuper cuꝫ eo inierat misit: vt auxilia sua vtaie coniungeret. Belisarius autem cum iam matureſcerent segetes roma egressus: tuderti pactione recepit. Interim vitigis anchon vrbem que belisarij pſidio tenebatur. experiri cum omnib; copijs constituit. Ea ciuitas p ipo tempus in monte selū menia habebat: planicia sub eo nullis mēnibus claudebant: et si edificijs frequentata. Cum igitur illuc gothi aduenissent. cbono pfectus belisarij q̄ anchone erat. cū mille militibus aduersus gothoꝝ quatuor mila occurrens i bello. confestim penas luit sue presumptionis profligat⁹: 7 in fugam versus. magnam suoꝝ ptem amisit: 7 vix tādē in vrbem receptus fuit. Cum gothi scalis vrbem capere aterentur. alij igne conecto edificia omnia que sub vrbe erant cremauerunt.

## Narses inter hec .§.iiii.

cum exercitu nouo venisse in vtaliam nunciatus ē. Erat aūt narses eunuchus multum; gratia 7 potentia apud iustinianum valebat. Denicq; vnus hic impatoris aulā in oib; gubernabat. pecuniarum impatiā receptor ac dispensator. consiliorum omnium particeps 7 interdum victor. auxit autem exercitum missum in vtaliā militum quinq; milia. Belisarius interim anchonitarum periculo veherat in picentes. Idem fecerat 7 narses. Circaq; vrbem firmiā duces ipi simul 7 exercitus in vnum cōuenerunt. vt de cōmuni bello cōsultaretur. Narsetis sententia fuit vt iohanni arimini obsesso auxiliū confestim ferretur. Qui eius fame confectus. vij. dierum mora liris finis pepigisse significauit. Licet iohannis temeritatem multi accusarent. q; contra belisarij iussum sese intra arriminum concluſisset. superbia 7 auaricia ductus cuncta p arbitrio fecerit: nullo respectu ducis aut mandatoꝝ. vrō mari 7 terra castra mouentes: tandem arriminum puenerunt. Ieaq; gothi duos exercitus aspicientes. arbitrātes se circumueniri: obsidionem illico dissoluerunt. nullo ordine fauentium ex fuga repetentes. Igitur cū classe primus applicuit. egressusq; in terram gothoꝝ castra diripuit. nec multo post martinus. 7 belisarius cum exercitib; sequentes. Cum ꝫo iohannem 7 milites qui cum eo obsessi fuerant pallore 7 inedia confectos cōspicerēt. ad Iob. quasi eius temeritati illudens ait belisarius. Per magnas inde gratias ildigeri debes. Ad hec Iohannes sup be nimiuꝫ rndit. Se quidem ildigeri debere gratias sed narseti hoſa. ostendere volens nullam belisario curam fuisse salutis sue nisi narses cōpulisset. Verba hec belisarium turbarunt: 7 fuerunt dissensionis initium. Iohannes eiā post hec belisarium formidans narseti adhesit dicens. Non belisario sed narseti vtalie gloriam debere vendicari. Hec narsetem ita exulcerāt. vt seorsum castra sua faceret: ac ex his nihil sequi vellet que belisario videbantur: ac sua p se cepta consiliaq; de bello iniret. Simul tamen ad obsidionē vrbini pfecti sunt. non tamen eisdē castris. sed belisarius contra eam ptem vrbis que ad ouērum spectat: narses ad occidentē consedit. Cum ꝫo expugnare vrbem belisarij⁹ statuisset machinasq; pararet. narses qualiter vanā deridens post dies paucos q̄ eo venerant. deserta obsidiōe cum exercitu suo arriminū rediit: belisarioq; 7 suos dereliquit detenori conditione q̄ si ipe ab initio non venisset. Hostes enim cernentes ptem exercitus abire: fiduciā supra modum assumpserunt. Belisarius tñ in obsidiōe pmanens. experiri expugnatiōem cōstituerat. Demū deterriti qui obsidebant pactōe inita vrbē tradere. vt gothi vt binate; imp atori iustiniano subessent: equo iure cū aliis vtalicis qui impatori parebant. Urbino recepto belisarius in vrbe uentanos exercitum duxit. Hus autez vrbis difficillima expugnatio erat. q̄ in sato vicliq; posito constituta: nullum vere aditum repugnationis dabat. Sed in defectu frumenti spes erat. Longo.n. bello vtalia multis exercitibus calcata: singule ciuitates frumenti penuria laborabant. Quare penuria ad extremū deuita. in belisarij potestate deuenit. Narses ꝫo cum arminis esset. iohannem cum exercitu misit ad cesenam expugnādā. Ibi duꝫ menia scalis aggreditur. repulsus multis vulneribus multos suoꝝ amisit: 7 phanatea heraloꝝ dux ibi interiit. Vobrem a cesena desistens iohannes. ad fos cocheij (q̄ nunc ymola dicitur) exercitum duxit: eamq; sese dantib; incolis suscepit. Mundilas p idem tps 7 qui cū eo mediolani erant maximis difficultatib; inuolui ceperant ob francoꝝ aduentum. Theudebertus enim francoꝝ rex a vitige vocatus vt victum est. decem milia burgundionum ad araram miserat. Qua ille multitudine fretus. nō procul a mediolano castra posuerat: 7 importatiōem frumenti ceteriq; cōmeatus omnem impediebat. Mundilas copias suas chomi 7 bergamo 7 monarie distribuendas necessario erat. Ipse vero non magnum numerum equitum secum habebat. quoniam in vrbis defensione non erat difficultas. Mediolanenses enim cines vnanimiter ad defensionem cōcurrebant. Sed defectus annone in vrbe populatissima timebatur: si barbari diutius in his locis sinerentur. Belisarius igitur hec intelligens. martinuꝫ 7 vliarū cum magnis copijs mittit. vt mundile exercitui coniuncti barbaros submouerent. Qi cum ad flumen padi peruenissent. non ausi transire timore bostiū diu in his locis residerunt: spem mundilis 7 obsessi eorum dictim frustrātes. tandem ad belisarium scripserunt. contra tantas bostiū copias transire non posse. Belisarius his auditis. statim ad narsetem de imminenti periculo scripsit. Qui q̄b; cōcederet exercitum illuc pficisci. tamen quia belisarij fuerat ceptum lente admodum 7 incuriose q̄i ad alienum negocium agebatur. Per hunc modum dilata res frustratōem accepit. Mediolanum ꝫo acrius premebatur. 7 fame iam intolerabiliter laborabat. Et quo ad extremam necessitatem reducti: mundilas 7 milites vt incolumis sibi abire liceat pacisuntur. Gothi autem vrbem ingressi nulli etati pepercerunt. Trucidati passim cines. non modo qui arma ferre possent: sed senes 7 impuberes. Mulieres in seruitutem burgundionum tradite. Urbs ad solū euersa. Reparatus quidā romanus ciuis i ea vrbe capt⁹ minutatim a gothis concisus 7 canibus traditus est. Et ita pulcerrima 7 populosissima vtalie ciuitas totius ob belisarij 7 narsetis discordias vltimam cladem subiit. Interfecta sunt in illa vastitate mediolanensium ciuium. rrr. mulia. Belisarius autem audita mediolanensium strage in maximo luctu constitutus est. Justiniano impatori scripsit rei totius initum 7 progressum. Justinianus aūt cum ista cognouisset egre pertulit. non tamen quenq; punit. Narsetem solimō ab vtalia reuocauit: auctoritatē q; totius belli penes belisarium esse iussit. Et hoc narses cum parte copiarum in greciam abijt: 7 belisarius cū omnibus copijs in vtalia remansit. Qui de bello gerendo cū iam liberius cogitaret oīa eius cura in vitigis 7 rauennā erat cōuersa. Duo tñ paine oppida gothis adimenda statuebat: q̄ contra vitigem 7 rauennam exercitum duceret. Erant aūt hec duo oppida Auximū 7 Fesule. ambo situ locoꝝ munitissima: ambo validis gothoꝝ presidijs custodita. Exercitu igitur tripartiam pcto copiaꝝ ptē cū vna ipe ad obsidendū arrimum pficisci statuit. Alia ptes cum cypriano 7 iustino pfectis fesulas misit. Terciam copiarum partē martino 7 iohāni ducendā cōmisit. Jubēs vt circa padum cū his copijs castra faciāt. vrauq; 7 copi-

as eius in illis locis cū maxime fieri pōt ꝓturbent: ne in tuſcos ꝙ picentes ad diſſoluendas obſidiones veniāt. Martinus igitur ꝙ iohannes profecti cum exercitus ꝑte totonam vrbem occupauerūt. Inde vraiam ꝙ gothos infeſta re ceperant. Cyprianus ꝯ ꝙ iuſtinus ſeſule adeſites applicuerunt. Que ciuitas ſita monticola ꝙ munitiſſima: tū de ſuperiori loco qua planior eſt aditus eam vrbem obſederunt. Beliſarius ꝯ cum longe valida manu aurumq; circūſtent. quod oppidum virgis optimis militibus muniuerat.

## Theodobertus ve- .§.v.

ro rex francorum cum octoginta milibus hominum ſuperatis alpibus ꝑ citeriorem galliam deſcenderunt. et eo maxime quia cum viderent bellum inhi confectū: ipſi belicoſi tunc totam ytaliā poſſe ſuperare arbitrati ſunt. Mā martinus ꝙ iobānes miſſi a beliſario contra vraiam. eoꝝ caſtra diſtabant ab vraie caſtris circa ſeptē miliaria. Inter q̄s franci circa ea repēte loca ſe pauerūt. Hos vraias ꝙ gothi propter fedus nuper initum auxiliares ſibi venīſſe arbitrabantur: vt ſuperiori anno in bello mediolanenſi ſe cerant. Horum francorum perpauci erant equites circa theudebertum ducem: cetera vero multitudo pedeſtris oīs arma ꝯ ferebant non pila vel arcus: ſed ad ꝓtegendū quidam corpus ſcutū ꝙ galeā: ad feriendum autem boſtē gladium ꝙ ſecurim bipennem. In prelijs autem maxime ſecuribus vtebantur. quibus compoſiti ferientes ſcuta ꝙ galeas boſtium perfringebant. vt nemo aduerſum tantā vim reſiſtere valeret. Hi ergo vt amici gothorum ticinā amnem ꝙ papiam ponte tranſgreſſo. magnas poſtea papienſibus clades intulerunt: ac immanitate quadā barbara filios vtroſq; gothorum ꝑ agros repertos occiderunt. Mox q; tranſmiſſo pado vbi caſtris vraie ꝓpinquarunt ſine conſilio ſine temeritate multitudinis: rixa ꝙ prelio cum gothis implicant. Nec prius finis preliandi fuit. q̄ gothi in fugam verſi caſtra ſua deſererent. Fugientesq; non longe a beliſarij caſtris atq; muris quibus admiratōem plurimam intulerunt. Nihil.n. de francorum aduentu audiuerant. eſtimantes beliſarium abditis itineribus venīſſe ad vraiā oppimēdā. Armis igitur raptis ſumptis. cū aliquanto ꝓgreſſi eſſent inopinate francis occurrerunt. Indeq; pugnare coacti cito franguntur. neq; repetere caſtra auſi ſola fuga ſibi ꝓſuluerūt. Franci victores vna ꝙ eadē die gothoꝝ ꝙ beliſarij copiarū caſtra vtraq; ceperunt. In illiſq; ꝓſtiterūt cōmeatu in vtriſq; abunde inuento. Vraias igit' ex fuga ranēnā beliſarij copie ꝑ placentinoꝝ ꝙ parmenſiū fines ſupato appennino ingo ī etruriā abierūt. Hic ſubitus francoꝝ aduentus vitigim ꝙ beliſariū ſimul turbauit. Maxima ꝯ formido beliſariū apprehenderat. ne franci in etruriā deſcenderēt: ꝙ copias illa que felſulis opportunē timebant oppumerēt. Eſt.n. breue eſſe vitamq; iter ꝑ placentinum parmēſemq; agrum in etruriā deſcēdere. Si franci cōmotantes circa padū. cuius neq; vina neq; alia oppotuna reperirēt. vtpote in regione longo bello afflicta. rāc̄ūmodo bouina carne ꝙ aqua padi veſcerent in varios languores cito inciderunt. Quib⁹ vera ti cū frequētes eoꝝ moreret. ſtatuerunt retro abire ac per eadē veſtigia quib⁹ venerāt in galliā redierūt. Gothi deinde qui a beliſarij militib⁹ obſidebant ſeſule. cum fame ꝓmereī ac ſepius poſtulata auxilia nō venirēt. tandē pactione vtrē cypriano ꝙ iuſtino ꝙ beliſarij ducib⁹ tradere: ac preſidio militū impoſito cū reliquis oīb⁹ copijs auruq; ꝓfecti ſunt. Vitiges aūt cū toto gothoꝝ roboꝛe bis q̄ auruni obſidebāt laturū ſeſe opem ꝓmittebat. tū fruſtra obſeſſi expectabant. Quare beliſarius eo q̄s copias vndiq; cōtrahere coactus ē. ne longe obſidiōis labor in irritū caderet. ſtatuit neceſſitate aliqua ad vrbē q̄s cōpellere cuius rei gratia hec machinatur. Fons erat pbēnis aque extra menia auruni. ita ꝓpinquū menibus vt intra iactus lapidis foret. ꝙ q̄s animadvertebat beliſarius ex eo fonte obſeſſos aquam haberi: illum fontem ſtatuit illis tollere. vñ multos viros huius artificij gnaros. cū volabris et malleis ad hoc ꝑ paratis. multorū clipeis ꝑtectos: ad fontes effodiendum deſtruendūq; ſubmiſit. Qs cū parū deſtruere poſſent ꝓ tenacitate edificij ꝙ reſiſtēcia obſeſſoꝝ ꝑ murum. beliſarius hoc ope dimiſſo alium adinuenit. ſ. ſucco herbarum maligno ꝙ cadaueribus ūmentoꝝ. ꝙ lapide ſcenoſo inficiendam eius fontis aquam curauit: ꝙ eam penitus inutilem reddidit. Gothi igitur penurie aque laborantes pactum querunt a beliſario. vt. ſ. incolumitatem rerum ſuaꝝ data: eis ꝑfecturos ſe ranennam ciuitate eis conceſſa. Contradicentibus autē militib⁹ beliſarij ꝓpterq; totam caſtri poſtulantibus ſic rem beliſarius cōpoſuit. vt dimidia pars militū in ꝓdam daretur: aliam dimidiam gothi ſibi retinerent. Et ſic oppidum hac pactione traditum eſt.

## Poſt hec beliſa- .§.vi.

rius Anno vii. cccccxlj. aduerſus vitigim ꝙ rauennā ducere copias ſuas ſtatuit: eiq; vndiq; contractis eo ꝑfect⁹ eſt. Qui ſtatim in primo aduentu maximū vnum ex ꝑfectis ſuis cum ꝑte copiarum ad obſeruandas cuſtodiendaſq; padi ripas miſit. ne quid inde importari rauennam valeret. Venit etiam ex dalmacia Vitalis cū aliis copijs a beliſario vocatus: ꝙ alteram eius ripam fluminis obſedit. Magna inter hec nauigiorum multitudo eoꝝ veniret frumentum cōmeatumq; ceterorum rauennam ferentiū flumen ipm vsq; adeo excreuit: vt pleraq; nauigia deſtituerentur. Ex quo factū eſt. vt oia nauigia a milite beliſarij caperentur. Flumio igit' padi facultas ponēdi ranē nā neceſſaria ablata ē. Marino ꝯ importari nihil poterat cum vtriq; gothorum boſtes mare poſſederant. Cum rauenna in hūc modū obſideretur. legati francoꝝ ad vitigim venerūt. quingenta armatoꝝ milia in ytaliam trāſiſſe nunciant. ac liberatōem obſidionis beliſariiq; deſtructōs ſi in ſocietatem dominatōis ytalie gothi recipere francos vellent. Beliſarius ꝯ ſentiens francorum legatos ad vitigim venīſſe. confeſtim ꝙ ipe ſuos legatos rauennā miſit. qui et cōcordiam gothis cū impatore romano offerrent. ac infidelitatem francoꝝ cōmemorando ab illoꝝ ſocietate deiicerent. Gothi igitur francorum ꝙ beliſarij hinc inde auditis legatis quid optimū foret conſultantes. poſt longam deliberatōem impatoris cōcordiam ꝑtulerunt. Et ſ rerum tractatarum exitus fuit. vt controuerſie omnes ad arbitrium impatoris iuſtiniani delegarentur. huiuſq; rei gratia oratores ad iuſtinianum miſſi: ꝙ induciē quedā inter obſidentes ꝙ obſeſſos fuerant conſtitute. Rerum publica (inter hec accidit) que erāt rauenne cum oīi frumento cremata ſunt. que res in maximas difficultates gothos adduxit. cum ꝙ frumenta incēdio conſumpta eſſent ꝙ beliſarius importari non ſineret. Gothi per hoc tempus qui alpes incolebāt pleriq; ſe beliſario dedere ſignificarunt. Alpes.n. gallias ab ytalia diuidunt. mirabili altitudīne inſurgentes: difficillimos aditus habēt. Sēgis igitur vnus ex gothorum ꝓcerib⁹ qui in alpib⁹ caſtella quedā habebat. ꝓmuno cōm beliſarij milites ad ea loca miſſos ſponte ſuſcepit: ꝙ alia caſtella idem facere ſuaſit. Et ꝙ idē ꝑ ſy vraias exercitū ꝙgregaret. vt rauēnā ꝓfiſceretur: gothi q̄ cum eo erant deſertis caſtris eius ad beliſariū milites trāſfugerūt. Et ſic vraias deſtitutus a ſuis cuꝝ pancis in galliā reuerſus ē. Legati ab impatore miſſi mano inter hec venerūt. ferētes iuſtiniani iuſſa ad eaq; vitigis cū gothis de ꝓcordia poſtulauerāt. Sūma ſententie iuſtiniani hec fuit. Vitigis oīa trāſpadū loco retineat: citra padum ꝯ cuncta dimittat. Medium ꝯ pecuniarum ꝓtem regalium imperatoꝝ tradat. reliquam partē retineat. Gothi ꝯ oēs qui citra padum incolunt ſubiecti romano imꝑio ſint. Locuti ergo ꝓs cū beliſario legati:

Deinde rauennā ingressi mādata exposuerūt. q̄ letis aīa ab vitigide ceteriscq; gothoꝝ ꝓceribus audita ⁊ ꝓbata ſt. Belliſarius at dolore audiebat ſecū ipe indignans ac grauiter ferens q̄ cum plenam victoriā de gothis poſſet habere ſibi auferebatur. Itaq; redeuntibꝫ paulopoſt legis ac ſubſcriptiōem eius poſtulantibus ſubſcribere noluit. Et tandem belliſarius ꝓmiſit omnia ſe facturuꝫ que imperator iuſtinianus ſcripſerat cum eſſet rauenne coraꝫ vitigide ceteriscq; gothoꝝ ꝓceribꝫ. licet longe alia mente agitabat. Tunc igitur rebus ita geſtis belliſarius volentibꝫ gothis in vrbem rauennā vocatus ē. Ille aūt ornato exercitu. claſſeq; parata qua cōueatū ois generis abūde deferret: magna gothoꝝ exercituq; leticia rauēnam ingreditur. Cum ꝯo ingentes gothoꝝ copie eſſent. volēs belliſarius eas copias diminuere. pancis poſt ingreſſum diebus licennā oibꝫ qui citra padum exiſterent dedit tomuꝫ remeandi. Illi ꝯo longa militia defeſſi libēntiſſime ad ſuos redierunt. ita multitudine gothoꝝ que erat rauenne attenuata: belliſarij exercitus longe potentior ac plane dominans intra rauenne menia remanſit. Hiis ita confectis gothorum ꝓceres qui p ytaliam vbicunq; erant. vel ipi venerant ad belliſariuꝫ rauēnā: vel oratores ſuos miſerunt. Sꝫ cuꝫ ſuſceptio regni a belliſario differret. eaq; res admiratiōem primo. poſtea etiā ſuſpitiōem pareret. auctoq; ſuſpitionē revocatio belliſarij ab imperatore iuſtiniano facta. Nam fama increbuerat ⁊ detulerant quidā belliſariū affectare ytalie regnū. ac iam plene ſuſcepiſſe. Quo metu iuſtinianus illū ad ſe confeſtim ex ytalia revocauit. Gothi autem hoc ſentientes ſibiḡs ab initio nullo mō ꝑſuadere poterant illū ad imperatoꝛe iuſtinianum eſſe rediturū. Sed poſtq; apparatus fieri viderunt ac oia diſponi que ad p̄fectiōem eius fieri oportebat: deceptos ſeſe ac plane circūuentos a belliſario cognouerūt. Sed quid ageret ignorabant. Ille.n. rauennā ⁊ ꝓceres gothoꝝ in ptē ſua habebat: vt nec querele libere foret. Gothi ꝯo q̄ trāſpadū erant vbi hoc ſenſerunt papie cōuenientes. ac multuꝫ inter ſe conqueſti de cōi gentis calamitate ⁊ belliſarij fraude: tandē vnaiam ſibi ꝓfuturi regem volauerūt. Vbi ille paſſus nō ē. maxime illa ſe rōne excuſans. q̄ cū fratris filiꝰ vitigis eſſet: neq; pie neq; honeſte facere videret ſi illo vigente regnum aſſumere videretur. Hac rōne ꝓbabili ſe excuſans. auctor fuit vt Ildouatus rex conſtitueret. vir magnus inter gothos auctoritate. magneq; potentie: et qui longo tpe verone dominatus erat. Is ergo ex vrbe verona papiam vocatus. purpuraq; indutus. rex gothoꝝ appellatur: ac de ſalute gentis ſue cogitare iubet. Ildo natus ergo rex gothoꝝ factus. ſtatim oratores rauennam ad belliſarium mittit. Qui cōmemorata illius ꝓmiſſione dum facta de regno ytalie gothoꝝq; ſuſcipiendo defectū fidei palā arguerēt. ac ea fraude deceptos ab eo fuiſſe gothos cōquererēt. Proinde ſi etiam tunc adimplere ꝓmiſſa ac rex fieri velit. ro facto oſtenderet ildouatū rauēnā oſſerre ſe cē venturam ac purpurā ad pedes eius cē poſitrā. Simūt imperatoris iuſtiniani ſeruus eſſe magis q̄ ipe imperare: ne grauiter ferat ſi ildouatus ⁊ gothi qui reliq; ſunt de cōi gentis ſue ſalute, paciſcere nitantur. Hec ſūma oīnis fuit. belliſarius palam ad hec rñdit. Se viuere iuſtiniano imperatoꝛe nunq; regiū eſſe ſuſceptura. Cuꝫ hoc rñſo legati ad ildouatū papiam redierunt. Belliſarius deinde parata claſſe cum vitigide ⁊ ceteris gothoꝝ ꝓceribꝫ ⁊ theſauris regis biſantiū. neapolim nauigauit. quinto anno poſtq; bellum in ytalia gerere ceperat.

## Belliſarius iſte. .§.vii.

vt omittamus rei militaris ſcientiā qua oēs etatis ſue ſuperauit: erat vir ſumme humanitatis. p quā pauꝑi ⁊ opulento ſeſe impartiebat. Acceſſuſq; ad eum facilis ⁊ liberi cuiq; generi hominuꝫ. Poetera liberalitas admiranda militibus q̄ equos aut arcus aut arma nō ignauiter amiſſent continuo alia donabat. Ruſticorum ꝯo tamē habebat curam. vt in ducendo exercitu neminē eoꝝ violari. nemini damna inferri pateretur. Ne poma quidē in arboribus pendentia milites ſui attingere audebant. Hac illa ſeueritate diſcipline conſequebatur. vt caſtra eius eſſent abundantiora q̄ vllum in vrbe foroum. Itaq; era ⁊ fecunda erat rerum venalīū importatio. Abſtinentia ꝯo eius ergā ciuitates ſocias ⁊ amicas. nemo ſat; digne queat referre: maxima illius in ciuitates beneficia. Nulle vnq; vexationes audiebantur. Cum igitur belliſarius bellandi peritiſſimus eſſet. magna leticia a iuſtiniano imperatoꝛe plurimoq; in honore habitus. omniq; de ſe pius habita fuerat ſuſpitionem delenit. Gothi etiam quos ſecū adduxerat benigne. humaneq; recepti ſunt: ro cū admiratione quadā circūſpecti. Nec id immerito. Erat enim virtutis res geſtarum. victoriq; eius quōdaꝫ theodorici regis qui ytaliā poſſederat neptis. Preterea ildouatus tūc filij duo quos ravenne penes vitigin repertos non dimiſerat belliſarius: ſed vnaſecum in greciam adduxit. Erant ⁊ alij gothoꝝ ꝓceres Belliſariiq; virtutem qui tantas res confeciſſet admirabantur. tollentes eum in celum laudibus: q̄ nuper affricam. nunc ytaliam ab iuſtiniani imperium redegiſſet.

In ytalia ꝯo poſt belliſarij diſceſſum apud ſoos omneꝫ ⁊ belliam. ⁊ vitalem iuſtiniano in bente gubernato remanſerat. Venerat etiam ⁊ conſtantianus ex dalmacia qui et ipe numero gubernatorum additus eſt. Conſeſtimq; apparuit quātū inter gubernationem horum ⁊ belliſarij intereſſet. Nam cum in gubernatione ſuccederent. neq; humanitate. nec virtute. nec abſtinentia a rapinis pares fuerunt. Cum ipſi rapinas predaſq; ſectarentur: ⁊ milites in omnem licentiam prolabi permiſerunt. Superbi quidem in ſocios: in hoſtes ꝯo nimis feroces. Itaq; res breui tēpore retrouerti. ⁊ in ruinam tendere cepit. Ildouatus autem rex gothoꝝ nouiter conſtitutus poſt Belliſarij diſceſſum. ſumma cum diligentia res exequebatur. Gothos enim omnes ⁊ ytalicos qui cum eis ſentiebant arma capere ⁊ ad preſcriptam diem papie ꝓuenire iuſſit. Parum quidem ab initio exercitus cum eo fuit. ſed continuo augeſcens ac ſpem aſſumens indies meliorem. Adiuuabat vero non mediocriter gothoꝝ partes auaricia ⁊ iniuria militum iuſtiniani. Exactores enim pecuniarum fiſci nomine a iuſtiniano in ytaliam miſſi. populos vexare mirabili acerbitate ceperunt. ⁊ indebitarum pecuniarum ſolutionem compellere. Qua de re publice conitando tanta deſperationem intulerunt. vt gothos iteruꝫ fieri domios eoꝝ optarent. Multiq; ad Ildouatū voluntarie ꝓficiscerentur. eiuſq; exercitum augerent: ita vt omnes transpadani venetiarum vrbes in poteſtatem reciperet: et ytalorum gothoꝝq; multitudine exercitus eius completus eſt. Vbiem aut multopoſt educere in aciem: ac fortunam pugne temptare non dubitauit. Prelium hoc nō procul triuilio fuit adueꝛſus vitalem: qui vnus erat ex iuſtiniani ducibus. Victoriq; Ildouatus tanta ſtrage vitalis exercitum concidit. vt dum ipſe cum paucis euaderet reliqui omnes vel interficerentur a gothis vel captiui ducerentur. Ea victoria magna ⁊ clara incredibili quōrū gothorum animi creuerunt: tantum fracte ſunt vires aduerſariorum. vt non ſolum transpadum per galliam ⁊ venetias: veruametiam citra padum gothorum partes confirmarentur. Nomenq; Ildouati celebre fieret: apud Juſtinianum imperatoꝛem aliaſq; nationes. Ildouatus nec multopoſt vnaiam maximum inter gothos hominem perſecutus eſt. ſuſpitione iniecta quaſi cum hoſtibus ſentiret. Hec enim pretendebatur cauſa. ſed verior cauſa fuit q̄ Ildouato regi ſuſpecta erat vnaie potentia: et ideo eum interfici iuſſit. Cuius mortez p multi gothoꝝ imputauerunt. palamq; deteſtati ſunt: quaſi rem ſceleratam et impiam. Itaq; ⁊ ipe Ildouatus ob villa vno ex cuſtodi-

bus corpeis sui in comunio vom piãderet occiditur. In eius ño locum arbarices ret creatur. Qui nec ipe diu regnauit: seo propter malam ineptamq; gubernationẽ qui no post electõem mense a gothis occiditur. Ita vnobo regibus intra biennium interfectis.

Capitulum.v.

# Otilas itaq; p⁹ atha-

nicii magno gothoꝝ plenu ẽ ret eoꝝ factus. Hic anto q̃ ret fact⁹ cẽt triũfq; dñabat' q̃ ẽ cititas venetiaꝝ. Pr' e⁹ Ildonati regis frat' german⁹ fuerat. Itaq; interfecto Ildonato.totilas ipe fo modina p̃ter illius consanguinitatem. clam rauennam milit: et cuꝫ Justiniani ducibus pepigit ad hostes transire cum omnibus qui secum erant. Cuncq; multio ad rem conficiendaꝫ dies erat que nondum venisset. gothi penitentia ducti q̃ Ildonati morte ierat fuissent q̃q; arbalanicũ regẽ creassent. hominem nequaq̃ tanti ꝛ gothoꝝ gentem defendere aduersus tantas hostiũ vires valeret. ad totilã Ildonati propinquum respicere atq; regem optare ceperunt. Et hic fuit totilas quem ob feliciam vt dicetur inflictarii cladium dei flagellum quidam appellarunt. sicut ꝛ attila alius ab illo. qs ret bonoꝝ ille ꝛ p centum annos añi: Iste totilas ret gothoꝝ genere quidem gothus. ẽ ptasie natus atq; educatus. Justinianus autem impator cognitis his que in ytalia contigerant. ducum suoꝝ imperitiam ꝛ fecondiam increpabat. q̃ in tantis discordiis hostium. tantisq; reuolutionibo. ipi opportunitateꝫ rerũ agẽ darũ nacti: nihil. primus esse cellent. Quibus increpatonibo pmoti ratiene duces simul omnes cõuenerunt. Ibi cum de inferendo bello consiliarentur. placuit ante omia ad vibem veronam exercitum ducere. Eius nanq; vbis capiende spes quodam illis secreto offerebat'. Erant ño hi duces. q̃ quoꝝ precipui habebantur constantianus ꝛ alexander in ytalia nuper a iustiniano missus ad pecunias colligendas. Profecti igitur cuꝫ ingẽtibo copijs vbi verone ꝓpinquarant. spem dudũ sibi datam experiri decreuerunt. Erat.n. marcianus quidam vir domi nobilis. castellum habens non procul a verona. Isq; ptem imperatoris animo pferebat. custodem vnius portarum indurerat ad exercitum impatoris introducendum. Re igit' ordinate compolita. cum eo pacisset exercitus premittitur artbas ades armenius. cum manu delectorum militum. q̃ portã ante capiat ac cetum extremuꝫ prestoletur. Nihil pmissorum in hoc loco defecit. Nã intempesta nocte cũ ad portam venissent milites. proditor aperiens intra vrbem eos recepit. Ibi portaꝫ ingressi membo super eam captis exercitu significarunt. Sed gothi sentientes in vrbe esse hostes p diuersam portam aufugerunt. Duces vero capram portam a suis audientes statim quidem ingressi sunt. Sed anteq̃ in vrbem venirent. de preda inter se disceptantes quinq; milibo ab vrbe passibus pstitenũt. Inter hec dies eluxit. Fit est verone vbi supeminens. in q̃ intra vrbem ꝛ extra longe pspectus est. Goebi igit' qui in arcem refugerant cernentes paucos intra vrbem hostes. exercitum ño extra vrbem exiisse nec membo appropinquare: subito et arce impetu facto. vrbẽ paucerunt: ꝛ portam que tenebatur ab hostibo recceperunt atq; clauserũt. Milites ño qui p noctem fuerũt ingressi. prim ob media confugientes deinq; repugnabant. Venetes paulopost duces cum portam clausam inuenissent. q̃q; interessent milites qui eos vocabant ac ne deserere precabantur. nã e vestigio abierũt. Multum ño pe muro se demittẽs euasit e quoum numero fuit arthanades armenius cuiuꝫ pfectus. Ceteri ño interfecti sunt. Per hunc modũ prauitate ꝛ nequitia ducũ. res apud vibẽ veronã piere. Justiniani impatoris duces post hec qm verone cepta flagitiose emputerq; euasserat ex illis locis abierant. transmisso q̃ pado amne placentiam pfecti sunt. Totilas p id tempus papie degebat. Cognitoq; hostium aduẽtu. quascũq; potuit copias propere contraxit. Duces ño iustiniani inter hec vltra placẽtiam progressi secus ripam padi castra faciebant. Totilas autem q̃nis fotet admodũ impar tñ cum his quas habebat copias obuiaꝫ illis exire. ac fortune pugnam experiri constituit. Cum igitur in ꝓpinquo essent castra. ac pugnam decernere vtrinq; placuisset. totilas p noctem ptem equitum pmisit. quos viginti fere stadijs vltra hostium castra flumẽ transire iussit. ꝛ cũ pugna ricepturn eẽt. post terga hostium cum q̃maximo valerẽt tumultu adoiri mandauit. Ipe ño cum tempus fuit ad hostes exercitum duxit. Idipm fecerunt ꝛ Justiniani duces. Acies ergo tunc simul congresse ꝓlium acerrimum inierunt. omnisq; ferri experientia in eo certamine versabatur. Cumq; feruesceret maxime ꝓlium. ꝛ ab vtrisq; fortissime pugnaretur. neutram adhuc in ptem victoriã inclinante: equites totile transmisso flumine terga insidiantium vacuum inuasere. tumultusq; maior inde ẽ ortus. cum multitudo ingens crederetur: exercitum iustiniani pmo turbauit. Mox in fugam vertit. Solutis n. ordinibus cũ ante retroq; starent hostis cito dissipantur. multiq; a gothis persequendo interfecti sunt. multi etiaꝫ sese p deuia quaq; ꝓripientes euasere. Capti quoꝫ multitudo ingẽs fuit. ꝛ quod nunq̃ ante contigerat. omnia militaria insignia impatoris exercitus in ꝓlio capta sunt ab hostibo et ad totilam relata. Insignis hec victoria totile fuit. qui cũ minori copia cõtra maiores ꝓlium instet: ac tñ hac victoria humanissime vsus fuit. nemini captiuoꝝ molestiã intulit. omnes etiã gratuite dimissit. Que quidẽ humanitas sua eos plurimũ auxit. Totilas añt si multũ post victoriã habitã in anio maiesta ꝛcipiẽs. exercitum in etruriã misit. Prefecit añt huic exercitui tres gothoꝝ pstantissimos. Beldas. Rodoricũ. ꝛ Uliari. Erat añt in etruria vn⁹ ex ducibo. qui ꝓlio. primo interfuerat: postq; id tempus nũq; cessauerat copias reparare ac ꝓpida munire. Is cum exercitus totile supuenit. circundatus ab hostibus intra florentie menia obsidebat'. Terrebat autem illiniũ rei frumentarie defectus. Nam importari ad obsessos nil poterat: ꝛ intus qd erat frumentum breui defecturum videbatur. Rauennam ad ceteros duces mittens iustinus. quo in pculo res esset ostendit. regnitoq; ve sibi opem ferrent Ob eã nunciũ ꝑmoniti Bessas. Cyprianus. ꝛ Johannes cũ suis copijs in etruriam venerunt. Gothi ño vbi intellexerunt illos appropinquare. soluta illico obsidione retro castra mouerũt. Profectiq; vnius diei iter in loco q̃ nuncialla dicitur constituerunt. At postq; exercitus iustiniani florentiã puenit placuit ducibo vt pancis florentie in ꝓsidio dimissis ad hostẽ ꝓcederẽt. Et cũ iohannes pus ad eos puenisset. ꝛ acie suos aduersus montes direxisset. hostes ño ad supiora loca fortissime repugnarẽt: casu q̃dã ex militibo iohannis latus eius pila transfixus fuisset. ꝛ mortuus fuisset fuit crudelitas iohannẽ interfectuꝫ fuisse. Fuga hinc fieri cepta ẽt. nec modo vllus in fuga: dissipatim. Sparsimq; in diversuꝫ abierũt. Itaq; duces ipi a nullo hostibo pulsi fugã arripere coacti sunt. Negs post hec puenerunt in vsũ. Q̃ alius alibi. qui se ex fuga receperant oppida tenuerũt. Gothi cũ ad obsidionẽ florẽtie ñ ſt reuersi. magnis die venti copijs: q̃ etrurie p oppida pstiterãt defuse ꝛ hyems supuenit. Aliq; dicũt totilã florẽtiã ingressuꝫ ꝛ facta magna cede ibi boũ ꝛ rapina ꝛ incẽdio q̃ de solasse. vñ ꝛ aliq; tpe q̃ derelictã remãsisse ꝛ inhabitatam. q̃ tñ erat tũc parui circuit⁹ ꝛ modici territorij. Nõ tñ illiũ ẽ multũ auctoricũ. s. q̃ totila ita eã desolauerit vt dicit leonardus aretinus.

## .§.i.

**Totilas añt vt primũ** tpe edicti copias fuit. coacto exercitu i agrõ gallicũ venit. vbi cesenã ꝛ petrã oppidũ (qõ corrupto i vulg⁹ nõie dr̃ bertinoꝝ) obse-

vit:ceteraq; eius regionis oppida per multos. vel vi vel pactione cepit. His per ea loca confectis in etruriam cuz ex ercitu transit. vbi cum uuriota omnia reperisset: statuit tempus nequaq; in his terere. Itaq; tyberim amnē quo etruria finitur transgresso. per umbros ⁊ sabinos ⁊ marsos in campaniam profectus est. In his locis beneuentum ca ptum mentio spoliauit. Nolebat in urbe munitissima hostes esse si quando contingeret sedem belli habere. Neapolim unde obsedit ⁊ multum conatus est. vt neapolita ni potius eius amicitiam q̄ inimicitiaz mallent. Sz erat in presidio eius urbis Conon iustiniani prefect⁹. nec pau ciores mille militibus habebat. Itaq; nihil decerni libere in contione poterat. Mō cum intelligeret totilas positis non longe castris urbem obsedit. nō ut oppugnaret. sz ut te ageret incumbebat. Interim parte exercitus missa cu mas. ⁊ alias quasdam per ea loca urbes cepit. et quibus ma gnam pecuniarum quantitatem adeptus est. Mulieres etiam quasdam et nobilitate romana capit in his locis cōtigit. quas omnes totilas cum summa benivolentia con seruatas liberas esse iussit: ac parentibus maritisq; cum bo nesto comitatu remisit. Lūq; per has regiones neq; dux neq; exercitus esset. qui conatibus totile repugnaret. suā rum copiarum petem continuo mittendo in apuliam lucaniam ⁊ calabriam cum uniuersis eoz oppidis in potestatē suam redegit. Et quo factum est. vt iustiniani ducibus nul le amplius pecunie soluerentur. que quidem res magnam hostibus incōmoditatem fecit. Milites enim iustiniani cū pecunie uellent nec stipendia eis soluerentur. nec parere ducibus nec in expeditiones ire volebant: sed per oppida inclusi res amicorum psedabantur. Rapinis ⁊ maleficijs ossia fedabant. Duces quoq; ob has difficultates intra menia consistentes. oppida tantūmodo ab hostib⁹ tutabā tur. Dissidijq; inter se urbes Johannes romaz. Bellas spoletum. Cyprianus perusium. Justinus florentiā. Cō stantianus rauennam gubernabat. Inter hec totilas nea polim diu⁹ obsidebat: ⁊ parata classe. neq; mari. neq; ter ra impetari quicq; patiebat. Et quo pacto erat nisi quis opem ferat: cā demū urbem in manus hostiū ē ruēturā.

inuidia instigante extinxerunt focum. vnde lumen accendere rebebat cupientes eū ob hoc a magistro verbera perpeti. quo comperto puer ambigēs quid ageret saltim mortuos carbones i sinum collegit. ꝙ subito ignis inter illos irrupit a quibus illesum permansit vestimentum eius. et reuersus ad magistrum reppert candelam ab angelo illuminatam. Itaq; omni vita sua virgo permanens monasticū habitum induit. ꝙ demum post longam nauigationem ad patriam redeuntes sanctum machutem miraculis choruscantē reges et nobiles illius principe ad episcopatus apicem elegerūt. Qui solenniter ordinatus sacrū officiū aliq;diu feliciter administrans: omnibus iterū apparatibus instructis ad quādā insulas cū quōdam magistro suo bēdano pgenit. vbi sepulcrū mire magnitudinis inuenerūt. Tūc sanct⁹ brēdan⁹ cū fratrib⁹ suis btūm machutē poscebat vt corpus illud quodcūq; tumulatū oratione sua susciraretur. Qui cū se primo ab hoc ope excusasset: ne inobediens magistro videret: cum lacrimis se plimens et ocatis mortui suscitauit gigantee statute. Qui interrogatus quis fuisset et cuius cōditionis. Respōdit se nomine muldumā paganū et ydolatrā fuisse. tormenta etiā que cū alijs ꝓdus sustinebat enarrauit. et ꝙ meritis beati machutis inde ereptus esset. Cōfitebat' quoq; ꝑm verum deum esse et filiū dei. Judeos quoq; eius crucifixores plectetis cruciatos. Baptizatum igitur se intelligens virtute deitatis aqua et spiritu renasci flagitabat. Eruditus ꝙ ab eo in fide baptismum suscepit: qui pōst tempus modicum quieuit in domino. Patriam demum redire disponentes cannam a statione submouerunt. et illacescente sacratissima die pasce circūspicientes quasi modicam insulā ad eam applicuerūt. Ibiq; suggerētibus fratribus missarum solemnia celebrare cepit. Cuiq; fratres psallendo missas canerent quentū est missali ordine ad orationem dominicaz. Tūc subito tota illa que videbat' insula cōmota ē. Erat aūt belua et bis que cete dicūtur abyssi incola tante magnitudinis. vt crederēt pauloante insulaz esse vt erat. Spacium aliquod non modicū. Adiuentes desup stantes vnum animal esse exterius omnibus scis iam mergendos et glutiendos clamantibus vir domino fidens in deo imperatus stetit donec expleta missa fratrū caterua confortare cepit. ꝓponens eis Joam ꝓpheraz in ventre cete tribus illesum seruatū: diuinaq; adesse suffragia vbi desunt humana. Diffugientibus ergo cūctis ad nauim sanctus vir se in oratione ꝓstrauit rogans deū vt cetum illum immobilem faceret: donec illa congregatio fratrū illesa enauaret. Sicq; factum est vt immobilis permaneret. Idē sanctus machutes cum in vigilia pasce missam celebraret ante fores ecclesie cadauer boues portantes visq; ad consumationē misse subsistē illos mādauit. Qua expleta oratione sua mortuum illum vite restituit. Cuiq; suscitatus sitienz potum vini postularet. vas calum marmoreum sanctus iussit afferri aqua plenum. Qui episcopali bēdictione vas marmoreum conuertit in vitreum: et aquam in eo i vinum peropeimum. Et cum per britanniā transiret ꝓdicans verbum dei. inuenit sabalcum metentem eo ꝙ iacta lapidis pocam occidisset: eo ꝙ messes impotūa vastaret. Cui incōbebant septem fratres. nec lac nec quicq; a māmillis eius elicere valentes. Hunc compatiēs sanctus dei cuspidem baculi sui mūsit in aurem scropbe: sicq; reuirit z filios enutrinit. Item cum i quodam loco multa fuissent ei z suis allata inter cetera rusticus quidam asellum donauit ad ligna ferenda ex silua. Quem quadam die lup⁹ occidit z comedit. Sed sanctus dei in siluam pergēs vbi lupus secesserat lupum fecit ad se venire. atq; salmam ligno rum ꝓ asello imposuit deferendam. Qui domestici animal effectum officiū asini inferēdis salmis agebat. Opera alia domin⁹ per eum fecit. Demum sancto fine quieuit .xvj. kalēs. decembr.

## De sancto sansone .§.vi.

volensi. Sigisbertus. Lege illo sanson volensis archiepi scopus cōsanguineus beati maglouij z successor sansonis maglouius q̄ de transmarina britānia ad cismarinā trāsierant. claruit sanctitate z miraculis. Hic igit' conceptus z natus cum esset annoz quinq; z scolas adire vellet. pater contradixit ne clericus fieret. sed celesti increpatione per somnium admonitus est. vt a scolis non reuocaret. Fuit ergo sub magisterio egregij britannorum magistri elebutii nomie. qui ex discipulis erat sancti germani. Hic erat omnium scripturarum noui et veteris testamenti. z omnium artium philosophie cunctorum britannoz sapientissimus. Itaq; literis puer apud eum eruditus. cum esset annoꝝ arcter quindecim ieiunijs et vigilijs plus omnibus se exercebat. ita q; sepe biduana ieiunia facere contendebat. Quadam die dum estiuo tempore fratres ad mala berbarum gemina purgāda egressi fuissent de messe. coluber quidam de tubo egrediens. fratrem vnū momordit in inguine. mecq; in terram cecidit seminutus. Et cum de vita desperaretur a cunctis. sanson aduenies z ꝓ eo per trium horarum spacium deū exorans ꝓ eius incolumitate: ipsum sanitati restituit ad plenum. Cum autem ordinaretur a domino dubricio papa idest episcopo in dyaconem praefatus sanson: visa est columba super illū descendere z immobilis permanere. Idemq; contigit cuz in presbiterum tempore suo fuit promotus. Quanto autem ad maiorem gradum ascendebat: tanto et in arctious abstinētie tramite se inserebat. Qui etiā libidinosa incentiua in adolescētie sue flore vincens. voluptatiā carnis omnēm deiam ꝓ natura habebat. nec vnq; aliquid alicui⁹ animalis in vita sua tota gustauit. Inuidia quoq; ex fratrib⁹ poculum veneno infectum. cuius malicia experimento cū iusdam animalis ex eo mortui offensa fuerat. sibi oblatuz mortiferum bibens in nullo lesus est. Sed cum ille q̄ tantum scelus operatus est in sanctum. penitentiam nec secū ageret: vindicta dei affuit velox. Nā dominica die sequēti de manu sansonis communicans. cum buccella introuit in eum sarbanas terribiliter ceuans. ita vt se discerpet turpiterq; nudaret. ac labia sua dentib⁹ laniaret. Sed dei viro sansone compatiente z ꝓ eo lachrymis exorante. liberationem eius obtinuit: mali perpetrati penitentiam coram omnibus agēs. Totam vero noctem sanctus fere ducebat insomnem. lectione scripturarum et meditatione se occupans. et si quando quiescere opus esset vt homo. seipsum pariēti aut alicuius rei dure firmamento inclinans nunq; in lecto coimitabat. A deo autem inspiratus longum iter assumpsit. vt visitaret patrem suum infirmum z per siluam transiens socium eius cuiusdam monstruosi animalis eis occurrentis timore z horrore ad terram prolapsum z semineem: oratione sua sospitati restituit. Demum ad domum patris sui amonij peruenit. Qui in aduentu plurimum gauisus. capitale crimen quod in se crimen erat in medium publicauit. z ad seruiendum deo se deuouit. z caput suum tondere fecit. sed z vxorem suam sansonis matrem cum quinq; eorum filijs fecit altissimo famulari. vnam autem sororem tunc parvulam quam precognouit voluptatibus implicandam: mandauit tamen nutrini quia creatura dei. Exinde ad monasterium pulsimum remeans. in nemore serpentem terribilem inueniens. contra eum flameo capite spirantem signo crucis occidit. In suo aut̄ monasterio abbas creatus fm regulā z sanctor vitā fratres suos ꝛbo z exemplo viuere docuit. Indeq; p̄ annū

cum vinidio vastissimam solitudinem intrans solus habitare decreuit. vt eo frequentius frueret. vbi ⁊ fontem aq̃ oratione sibi ꝓcurauit. In vigilie autem nocturna apparuerunt eidem episcopi vndecim ⁊ vir quidam mate aureo coronati ecclesiam intrantibꝫ. quoꝝ nomina ei scisscitanti dixerũt esse Petrꝰ. iacobus. ⁊ iohannes: ⁊ ad eum episcopum ꝑfirmandum aduenisse. Unde ⁊ paulo post ꝙgregat̃ episcopis cum suo metropolitano dubricio ad ꝓsidendum ecclesie cuidam episcopo vidiuate. ei dño reuelãte ꝙ sanctos ad pontificium illud assumeret. ita omnibꝫ placuit in eum assentire. Visaq; est columba super eum descẽdere ⁊ permanere quousq; ordinatus episcopum fuit. visumq; est dubricio ⁊ duobꝰ egregijs monachis cũ missam celebraret. solemniter igne de ore ⁊ naribꝰ eius exire. In missa autem eius ab eo die qua fuit presbiter ordinatus. angeli altaris ⁊ sacrificij eius erant ministri. Denuꝝ in palcate missam solemniter celebrante apparuit ei angelus dñi ꝙ eum ꝑfortaret. admoniretq; vt vlt̃ mare ꝓficisceret. Qui iter assumens matrem in via visitans. inuenit ⁊ fororem a matre separatam ⁊ adulterio pollutam. Unde ⁊ ill̃ malo perdurantem excõmunicauit. ⁊ post doctrinam ⁊ miracula nauigio demum venit in britanniã minorem. descendensq; de naui ꝙpe portum inuenit quendam ploratem et ad mare aspicientem ad ostium tugurij sui manentem. Qui percunctatus ab eo causam meroris. habeo inquit i hoc tugurio vxorem leprosam ⁊ filiam demoniacam. et viram ꝰspecto transmarinũ qui illas sanare debeat. ꝓut mihi ꝓuisum est. Ingressus ergo vir dei tugurium ⁊ super illos orationem fundens: restituit sanitatẽ. In illis ẽ ꝓcio monasterium fundauit volense nuncupatus. vbi plurimis ad deo seruiendũ collectis. et diebꝰ ac noctibꝰ a colloquijs diuinis ⁊ oratione non cessans. ieiunijs ⁊ vigilijs vacans: quieuit in pace miraculis clarus.

## De sancto etbbino. .§.vii.

Hic sanctus vt refert spe. hysto. li. xvij. in britannie ꝓuincijs natus ⁊ in domo patris sui nobilissimus vsq; ad quindecimũ annũ artibꝰ liberalibꝰ eruditus. Quo scz patre eiꝰ morteo mater eius ad sanctum ꝓfugit sanctuarium. qui eam sacro velamine ꝓsecrans deo dicauit: ⁊ filium suũ etbbinũ comam capitis radens clericauit. Qui annis aliquot cum eo manens ei iugiter seruiens. Eo quadam die celebrante audiuit verba domini in euangelio dicentis. Qui non renunciauerit omnibꝰ que possidet. non potest meus esse discipulus. Hac voce compulsus cuncta reliquit. ⁊ ad scm̃ simlianum abbatem peruenit. habitumq; monachalẽ de manu eius suscepit. et in tauraco monasterio subiugo domini cernicem suam inclinauit. In quo scz monasterio habitabat sanctꝰ vignalocus sacerdos et monachꝰ. cui iussu abbatis ecclesiam vno miliario distantem a monasterio visitare. ibiq; hostiam domino offerre ꝓsuetudo fuit. et ad ẽ secum sanctum etbbinum sociauit ꝺyaconum. Quadã igit̃ die dum irent. inuenerunt leprosum in medio iacentẽ. totum vulneribꝰ plenum. flebili voce ab eis auxilium postulantem. Qui requisitus de infirmitate ait. Viuens do lores quatiantur in corpore. sed insuper vꝰ dolor ẽ tam nocuus. vt si hunc diem sine eius lenamine trãsierit omnem proximam cristino. Nares enim mee plene stercoris concremantur ardore infirmitat̃. Tunc etbbinus eum p latera arripiens a terra sursum erexit: ⁊ vignalocus manꝰ eius ad nares posuit. Sed pauper flebili voce clamare cepit. Noli senior manibus tuis nares capere. quia dolor non permittit. Sed si dolorem meum lanare volueris necesse est vt in ore tuo nares meas mittas et ita trateris.

Tunc ille meritis ꝓfectus humiliauit se. et quãdo patuit dolorem pauperi alleniare ore suo carnem excepit si ꝙ dei. Mox ergo vt ad se traxit petia mirabilis in os eius cecidit. Beatus autem etbbinus per latera dominum tenens sursum aspexit. celum apertum vidit. ⁊ in capite dñi quem tenebat sancta crux apparuit. angelosq; dñi in obviam venire vidit. Tũc sacerdoti air. Pater sancte ipsum quẽ teneo manibꝰ tu ore: dñm nostꝝ hiesum christũ qui ꝓ nobis semetipsum tradidit esse crede. Tũcq; dñm velẽt manibꝰ tenere. elevauit se in manibꝰ dicens. Non me erubescas serui mei in angustijs meis: nec ego vos erubescam in regno patris mei. Hereditas vestra mecum est. ⁊ hoc ꝙ memores vestri fuerint in orationibus vestris salus in regno meo. His dictis evanuit ab oculis eorum ⁊ receptus est in celum. Cunctq; manerent stupefacti alter alteri cepit attribuere miraculum. vignalocus etbbino propter perfectam eius obedientiam. vt nil ꝓtermitteret sibi mandatum. etbbinus vignaloco ꝓpter eius quotidianã misse celebrationem. Denuꝝ cũ franci vastassent britanniã. etbbinus hybernie ꝓtes petẽs in silua ꝙ noctes dẽ vt paꝰ pegrinus tugurũ fecit. ⁊ ecclesiã fabricauit in ꝙ dño mirabant. Et quadam die claudum ab eo elemosynã petentẽ in nõie christi sanauit. Quedam enim mulier ꝓ sanitate filij sui palitici postulauit. Cui nichil etbbinus. Non pcto rem nõ possumus ꝑ miraculũ facere. Si vis non habemꝰ. Sed si vis sanari filium tuum: perduc eum ad sancte brigide sepulchrum. Atilla inquit. O pater iam eum ibi potaui sed nocte quadam audiui vocem dicentẽ mihi vt ad te accederem. Ingressus igitur oratorium ꝓ eo ad dominũ preces fundens sanitati restituit. Uigit aũt in eodẽ loco sanctus vir annis. xx. miraculis choruscãs. Tãe aũt abstinentie fuit. vt in eo obus non intraret in ebdomada nisi tñ feria quinta panis ⁊ aqua. Uinum autem non bibebat nisi cum cõcabat. Cunctq; esset iam .lxxxiij. annoꝝ acri dolore fatigatus ꝓuocatis fratribꝰ obitum suum prædixit. eisq; deo cõmendatis ante altare spm̃ reddidit. xiij. kalẽ. nouembris.

## De sancto basolo. .§.viii.

Anno ab incarnatione dñi dcc.lxxv. vt ait sigilbertꝰ basolus abbas. ⁊ sindulphus ꝓsbiter ⁊ reclusus in fracta clamerant. Hic basolus (vt refert vincẽs. spe. hysto. li. xxij. et gesta eius) in territorio lemouicino ortus. cũ tpe adolescẽtie sacri ministerij incrementa ꝓdigisset. ad diuine seruitutis opꝰ totum se conuertit. Cunctq; extra loci illius fines pedẽ peregrinaturus mouisset. apparuit ei angelus domini sodalis itineris. quo duce ad remensem urbem pernenit. vbi pontificatum tenebat sanctus vir egidius. post beatum remigium quartus. Hunc rex francoꝝ ꝺagobertꝰ et regni proceres valde diligebant. In ea igit̃ altercatione ꝙ inter ꝺagobertũ et Hildebertũ ꝺ principatu regni fuerat obortta. idem ꝓsul childerici regis animo nõ defuit. Uñ ⁊ multa postea aduersa sustinuit. Ab ẽ vir dei basolꝰ honorifice susceptus. petiit ab eo secretius sibi concedi habitaculum: eo ꝙ vitaret ꝓpter turbas spm̃ vitandi ꝓpositũ. Et primo quidẽ ciuitatẽ pontificis gra ⁊ auctoritate in quodam cenobio ad radices montis remoti monasticam vitam duxit. Et cũ de virtute in virtutem sublimiter excreuisset. volens solitariã agredi viam. in nemoroso montis cacumine cellam sibi cum oratorio construxit. vbi ꝓ quadraginta annos bitans. singulariter contra antiquum serpentem fideliter dimicauit. Et cũ aque penuria ibi laboraret. ad deũ manu ꝓtenta suspirauit. Mox dicto citius fons in eodem loco fluere abundantissime cepit. Haustu dulcis ⁊ infirmis ad potandũ salubris. Cum autem attila quidam diues ⁊ prepotẽs gratia venandi siluam illam intrasset. mire magnitudinis apꝝ fugientem insequit̃. Qui monẽ ascendẽs ad cellulam dei ꝓuenit. ⁊ ei ferritate depositu ante pedes ꝓsolutus stetit: quasi ꝓdidã vite sue inplcitas. At ille eiꝰ miserꝰ. tãta insectones bestie stupefactus in loco fixit. vt bestiã sibi. priusquam oculis cerneret. et tñ eius ꝓpius nõ valeret. Hac attila cognita dei virtute veniam presumptionis sue flagitans. quicquid circa locum sui iuris fuit: nonnulla etiam possidenda prædia sancto viro contulit. Homo quidã

pso crimine cõmisso vũdicatus ⁊ patibulo suspensus cũ iam in extremis ageret inter laqueos. huius sancti ꝑfessoris sibi subito memoria incidit. Voce igitur qua poterat attractus toꝛ. precordijs sanctum basolum invocat: ⁊ vt sibi subueniat lachrymabiliter postulat. Mox laqueꝰ rumpitur ⁊ ille ab alto labitur. Super omnes stupor ruit: ⁊ liber ille a morte recedit.

## Anno iustini impe/ .§.ix.

ratoris sexto sanctus amandus natꝰ. Hic vt refert vincẽs. spe. hysto. vbi §. ex nobilibꝫ parẽtibꝫ ortus. ab infantia sacris literis eruditus. parentes suos reliquit. ⁊ in quodam monasterio baburum religionis assumpsit. Qui dũ quadam die circa monasterium ambularet. repente quendam matrimũ serpentem inuenit. quem statim virtute crucis ⁊ orationis ad foueam suam nunꝯ inde exitorum coegit redire. Postea egrediens ꝺ monasterio illo causa peregrinationis venit turonis ad sepulchrum beati martini. ⁊ ibi mansit in quadam cella quindecim annis. olicio semp tectus ⁊ aquaꝫ ordeaceo pane sustentatꝰ. Exinde romaꝫ accessit ad limina apostolorum visitanda. vbi cum quadã nocte in ecclesia vigilare vellet eum eicit irreuerenter custos ecclesie. Qui dum ante fores ecclesie vomitaret. apparuit ei sanctus petrus rogans vt ad franciam ꝓficatis ma gratia remearet. Quo cum venisset ⁊ verbũ dei ꝓbus tullime predicaret. multas iniurias est ꝑpessus. dum ipsiꝰ regem francie vagoberrum ꝺ suis crimnibꝫ increparet: ꝺ regno eius expellitur. Tandem cum rex filium nõ haberet rogauit dominũ vt daret ei filium. qui ei succedere posset in regno. Cum ergo nutu dei filiũ habuisset. cogitabat rex solliciare quis eum baptizaret. ⁊ venit in mentem eius sanctus amandus. ꝛpter hoc diligẽter eum inquiri fecit. Inuentus ergo regali imperio adductus cuꝫ magno gaudio susceptus est. Ret autẽ ꝑdito eius obsequio rogauit vt eis indulgeret qõ in eum perpetrauerat: ⁊ filiuꝫ quẽ dominus ei concesserat baptizaret. Ille vero paiã eius petitionem libenter concessit. sed secularibꝫ negocijs metuẽs implicari secundam ꝓpositum renuit ⁊ abscessit. Ret ramẽ misit ad eum sanctum eligium ⁊ sociam eius dadonẽ. quorum precibꝫ fatigatus amandus ad regem veniens eius filium baptizauit. Post hec cum traiectensis episcopus migraret ad dominum. rex sanctum amandum. licet pariter manentem in traiectensi eccia in cathedrali sede ꝓlimare fecit. vbi cum triennio verbum dei constanter predicasset. ⁊ a plenisq predicationem suam contemni videret. contemptores suos deseruit: ⁊ in vasconiã gentem ferocissimam causa predicationis intrauit. Vbi cũ incrasset ⁊ inoculatos quidam leuis ⁊ lubricus predicationis sue verbis retrahere cepisset: statim a demonio arreptus dentibꝫ semetipsum lacerare cepit ⁊ discerpere. ⁊ ꝙ iniuriã fecerat dei seruo clamans exprauit. Inde pergens ad aliam ciuitatẽ ab episcopo ciuitatis humane susceptus est. Cui cum ille episcopus causã humilitatis ⁊ hospitalitatis aquam manibus daret. iussit ille vt aquam illam diligenter custodiret. Credebat. n. ꝙ meritis viri multos foret fidelitꝫ ad salutem. qõ et secutum est. Nam et cecus quidam aqua illa oculos lauans subito visum recepit. Post hec sanctus amandus reuertens in galliam. impetrauit a rege childeberto locum qui dicitur manto vt ibi cenobiuꝫ edificaret. Sed quidam episcopus vicine ciuitatis molestẽ hoc sustinens. iussit famulis suis vt eum inde eicerent vel certe occiderent. Qui venientes ad eum dolose ei dixerunt vt secum pergeret ⁊ illi locum aptum ad cõstruendum monasterium ei ostenderent. Sanctus autem maliciam eorum agnoscens deo sibi reuelante init cum eis ad cacumẽ montis. vbi cum occidere decreuerãt. Hec ti suis hociꝑe dixerat: ꝙ valde martyrium cupiebat. Sed orta tempestate subito pluuie ⁊ grandines ita montem texerũt. ꝙ maligni qui eum disposuerãt occidere penitus nihil viderũt ⁊ iam se mori putantes prostrati veniam postulabãt: ⁊ vt eos vivos abire permitteret exorabant. Tunc sanctus tã diu exorauit donec serenitate reddita. et visu recepto ad ꝓpria redierunt. Tandem sanctus amandus post plã miracula in pace quieuit.

## Sanctus quoqꝫ pau .§.x.

las leonensis episcopꝰ beato viro ydulto a puericia ẽ traditus. doctrina ⁊ moribꝫ informandus. simul cum sancto sansone postea futuro episcopo. Hic cum venisset ad tumum sosanis sue super littus maris britanie litan. rogauit ab ea preces fudit ad dominum. quatenus statuto maris fluctus cohercerentur aloeo: ⁊ terra optata ahq sibi ⁊ incolis eius infide ampliaretur spacio. Cunqꝫ subito mare vndas retraheret ⁊ terra sicca apparere cepisset. ab oratione pariter ipse ⁊ soror surgunt ⁊ ad ripam accedũt. Tũc paulas sororꝭ imperat vt in manibꝫ lapillos vsqꝫ ad summum maris marginã deferat. Nam mille passus vel amplꝰ aqua exhausta terra per eius orationẽ ꝺilatata est. Tũc genua in oratione super ripam flectunt. Quo finita paulꝰ ad mare conuersus ait. Lapilli quos in fundo tuis posui. sint insignum inter me ⁊ te: vt deinceps nunq transgredi nec ꝺ nostra territoria audeas ingredi. Cuius sermonis imperium vsqꝫ hodie seruat horridum maris elementum. Cunqꝫ reuerterentur domum subito viderunt prefatos lapillos diuina ꝓtate columnas lapideas mire magnitudinis factos vt reo simpliciter postulata a redderetur duplicata. Quaꝫ quoqꝫ quam eo die tenuerunt per medias illas columnas incedẽtes. adhuc ꝺ itinerio semita pauli vocat. Quadam die cũ iter agerent discipuli grauiter sitti sibus peragrantes. aquam exquirunt nec inueniunt: miraculose eis procurauit. Et serpentem maximum in maris precipitiꝫ ire coegit.

## De sancto gregorio .§.xi.

turonẽsi archiepo. Hic vt air tugsbertus octauo Iustini anno ordinat turonensis archiepus: ⁊ in omnibꝫ clarꝰ habetur. Ipse (vt refert vincẽs. spe. hysto. lib. xxij. et gesta eius) Aluernie regionis indigena cũ aliqñ de burgũdia ad aluernã iter faceret. magna ꝑ se tempestas exorta est ventus ymber in nubibus cogit. celum crebris ignibꝫ micare ⁊ tonitrus resonare cepit. Omnibusq timore pallentibus Gregorius sanctoꝫ reliquias quas ꝺefinent collo ferebat ꝺ sinu ꝓtraxit: ac nubeꝫ ꝓtanter oppositã. Que ꝓtinus simile terrea leuaq ꝓsecutes. illesum iter gradientibꝫ ꝓbuerãt. At supbia q plerumq nutrit ꝓuentꝰ inuenili ão ꝓtinus irreplit. Et qꝝ supbie vicinꝰ est casus. dũ ꝓ nimia gaudẽs suis meritꝫ ꝓprijs arrogaret auxilijs. equꝰ cui insiderat illico lapsus ad terrã cũ graui' elisit: ita vt oĩ corpe ꝓtinus vix posset allargẽ. cũq ruine intelligẽs fata reminiscens caute ne se vane gle stimulꝰ qlibet occasione deijcet. Hic igit bẽi martini amore flagrãs ⁊ pastoralis officio ecclie ydonei aꝰ vice cathedrã turonẽsem regẽdã accepit. bño migrãte ad dñm eufronioq eccliam illã rexerat immediate. Eccias aliq ꝓtis ipse instruit. ⁊ libros i laudẽ scoꝝ in expositõe scꝝ scripturaꝝ edidit. Matricemq ecclesiã quã beatꝰ martinꝰ ꝓstruxerat. ꝺ nimia vetustate infectã. in arcuato scemate repauit: atq hystoricis ꝓ cuiusq martini gestis decorauit. Cũ aũr aliqñ ꝓ via incedẽt. et crucẽ auream cũ reliquijs collo gestaret. cuiusdam pauperi hospitalem fouea ac sureolorum cremijs contectam cernari conspiceret. illoq cum vrore ⁊ liberis hac ⁊ illac currentibus et strepentibus. et aquam efferentibus flame mitigari non poterat. Tunc Gregorius accurrit. et contra flamaꝝ globos crucem eleuauit. morꝙ in aspectu sanctarum reliquiarum ita totus ignis obstupuit: vt nec ea q iam apprehenderat vltra vel ad modicum vstulare possit.

Aliquando sepulcrum beati hylarij gregorius supplicaturus adijt. et inde ad visendã sanctã radegundã regi-

nam olim.et tñc sanctimonialē vinerit. Et cum secū duo incole paradisi de tempore loquerēt.oleum qđ ante pignora sancte crucis gutturn illic defluere solebat.sicī adueniens pontificis auctum est:vt infra vnius hore spacium vltra vnum ferrarium crumularet. Porro cum hec beata regina ad regnum celoꝝ accersienda esset. Gregorius de eius transitu nuncium accepit. Et cū iam illa eo occurrente migrasset:sancta eius membra sepulture locauit. Sextodecim autem annis in episcopatu exegerat.cum equinoc⁹ ille magnus gregorius in sede apostolica subrogatus est. Opinata quoꝝ res est qꝫ dudum alter alteri sit familiari amicicia coniunctus. Cum igit sacra apostolorum lumina hic expensset.cum magna reuerētia eum papa excepit. Quem ad beati petri pfessionem introducens.ex latere cōstruit. pistolam quo allargēt. Interim autem vt erat ingenio profundissimus secretum dei dispensationem admirans.pensitabat i huius homine (Erat enī statura brevis) tantā gratiam pfluisse. Qđ ille mor diuinitus psentens.ab oratione surgens.placido vt erat vultu ad papam respiciens. Dominus inquit fecit mecū non ipsi nos. Idem in paruis qui ⁊ in magnis. Cumqꝫ cogitationi sue id sanctus papa responderi cognosceret.ipsa sua deprehensione grauissa:gratiam quam hactenus in greg.mirabat'.i magna veneratione deinceps habere cepit.sedentq; turonicā ita nobilitauit.vt etiam ei aream cathedraꝝ donaret:q̄ prescripta apud prefatam sedem imposterꝝ seruaret'. Cum aūt moreret'.in tali stratu vel loco se sepelin fecit.vbi semp pedibus oīm pculcaret'.nec in vlla reuerentia haberet'. Sed greg.beati martini talia non ferens.eum ō loco illo leuauit ⁊ edito pulcro mausoleo ad latus sancti sepulcri.s.martini digna reuerentia collocauit. Obijt autē quintodecimo kalen.decembris. Hic rescripsit hystoriam regū francorum ex qua multa in hoc opere excerpta sunt. Miracula quoꝝ beati martini post obitum eius in quatuor libris.⁊ alia plura.

## Tempore foce im .§.xii.

peratoris (vt refert Vincēs.spe.hysto.li.xxiij.ca.xxij.ex gestis eius) floruit Jo.pharcha alexandrinus.qui cognominatus est Jo.elemosynarius. Hic cum esset cypri adhuc iuuenis amoꝝ.ix.vidit vna nocte in somnis puellaꝫ super solem splendidam ⁊ ornatam.que stetit ante lectum suum ⁊ cum illarere pallauit. Qui expergefactus cū vere videret eam stantem ⁊ putaret eam esse mulierē.que eiꝰ in capite coronam habebat ex ramis olinarꝝ signo crucis ignatus dixit ei. Que es tu:⁊ qđo intrare ausa es sup me cū domino:⁊ Illa hylari vultu labensq; sbridēdo dixit ei. Ego sum puma filiaꝝ regis.si me amicam possederis:ego te pducam in conspectu imperatoris. Et hec dicens disparuit. Ille igit' in se reuersus intellexit visionem et ait. Credo vere quia elemosyna et compassio est que veraciter deum came vestiri fecit. Statim ergo se vestiuit ⁊ nullū exercitiū in ecclesiam abijt. Cratq; iam aurora. Et dum iret obuiauit cuidā frigore vexato.expoliauitq; se indumento caprino ⁊ dedit ei. Nondum eni ecclesiā apprehenderat.⁊ ībito obuiauit ei quidā albis vestimentis indutus.deditq; ei ligaturā centum nūmismatū dicens. Accipe hoc frater et dispensa vt vis. Ille pre gaudio statim hoc suscipiens reuersus est.volens reddere ligaturā illā quasi nihil indigēs sed nullum inuenit. Intelligens q̄ visionē nō esse fantasiā ⁊ veritatem.sepe fratribꝰ q̄ poterat erogabat. Quidā diues cui⁹ domū ingressi fures expoliauerāt vsqꝫ ad strāmentum depraedatus est illum cum magna reuerentia dicens ei calamitatem suam. qui misertus eius.tulit ei dari quindecim libras auri. At ille cui credūi erat auri apprehendit pfidi yconomi ⁊ diaboli operatōe inuidētes non voluerūt ei nisi quinq; libras. Cum q̄ de collecta rediret ar chiepiscop⁹.mulier q̄dā dedit ei in scriptis notiā enormi quinqꝫ centenariorꝝ auri. Quā cum suscepisset.vocauit dispensatores et ait illis. Quot libras dedistis ei q̄ ad me accessit.p elemosyna. At illi dixerunt. Trē quindecim vt sanctitas vestra iussit. Cumqꝫ inhabitantem in se gratiam cognouisset illos esse mentitos.addixit eos qui accepat ⁊ interrogauit quid accepisset. Illo autem dicente q̄ quinq; libras acceperat: pferens ille pictaciū qđ ei tradiū fuerat dixit eis. A vobis exquiret deus et alia decem centenaria. quia si dedissetis quindecim libras vt mea humilitas iusserat:que attulit quinqꝫ centenaria dedisset ⁊ decem. Et vt certos vos faciā adducam eum advos. Cumqꝫ p nuncios accessisset feminam illā.ista statim surgens cum quantita te auri accessit.⁊ vestigia sancti apprehendit. Qui cum susceptisset oblationem ⁊ orasset super eā.ait ad ipsam. Obsecro te. Nonne voluisti hoc tū offerre deo an aliud aliquid:⁊ At illa cum sensisset deferum illū cognouisse qđ secerat:timore pculsa dixit. Per sanctum nomeꝫ ego ancilla tua mane.ppria scripteră centenaria quidecim vt darem tibi domino meo:⁊ amen decem detenta a me ipsa. Hec itaq; pfacta intra me dixi.vtiqꝫ voluntas dei nō est vt decem milia quinqꝫ. Tunc patriarcha eā dimittente.cecidit ad pedes eius dispēsatores indulgentiā petentes.⁊ nihil vlterius se acturos affirmantes. Habebat hic sanct⁹ scientiam scripturarū non in sapientia sermonis ad inanem gloriā:sed per operū executionem et in secreto quotidiani consilij. Nullus sermo ociosus audiebat': nisi forte ordinatio rei cuiusdā exigeret.sed aut sanctoꝝ patrū religiones. aut scripturaꝝ traditōes.aut dogmatica ꝓblemata.ppē multitudinem hereticoꝝ regionem circūdantes. Si quis alicui detrahere inoipiebat hunc per alterā sermocinationem vt sapiens ingeniose remouebat. Et si iteꝝ permanebat:hunc aduocans ebdomadario precipiebat ne vltꝰ ad cum ⁊ intrare sineret.vt per eum ceteros temperet ⁊ erudiret. Cumqꝫ infimo stratu recumberet ⁊ vilib⁹ vestimentis in cella veter' quidam possessoꝝ ciuitatis ascendēs ad eum ⁊ videns qꝫ opertorio scisso ⁊ lanco tegeretur.trāsiuit ei opertorium nūmismatum.xxxvj.rogans eum multū vt cooperiretur illo in memoriam eius. Qđ ille ob instantiam viri suscipiens vna nocte eo cooperus per totā fere nocrem dicebat ad seipsum vt cubicularij eius recitabāt. Quis dicet qꝫ humilis Johannes pallio.xxxvj. nūmismatum tegatur:⁊ fratres eius frigore necentur. Quanti deliderant saturari de iota oleotum que ō coquina mea proiciuntur:⁊ Quanti vel odorare vinum valent quod ī cellario meo fundit'. Quāta putas fame frigore ⁊ miseria affligit':⁊ Tu vo expectas etiā eternā iocunditatē.plectꝰ:⁊ vinū bibis ⁊ pisces immanes venatus.⁊ cubicul' demotaris:nunc aūt cū oilo malis tuis ⁊ cooptorio.xxxvj. nūmismatum te calefacis. Vere ita vivens ⁊ tali laramēto conuersans.nō expectabis illic sempiterno gaudio frui:ō aut dies vtiqꝫ qū ille dives audiuit. Recepisti bona ī vita tua ⁊ lazar⁹ similr mala &c. Bñdict⁹ dꝰ humil' Job.alia nocte tenō coopiet'. Iussū ē eni vt tegant'.et fratres dñi tui ꝯ tu infelix. Mox ꝯ misit eā ī craſinū vt venūderet'. Je ait q̄ ō obtulerat emit illā. Rursumqꝫ pharche obtulit eo tegēt'. Cūq; id tercio fecisset.scitus vir gratulabund⁹ dixit ei. Videbim⁹ q̄s deficiat ego an tu. Erat.n.ille opulētus valdē. Qđ suauiter vir sanct⁹ videmiabat paulatim ab eo multa auferens vt pauperib⁹ daret. Valde quoꝝ diligens erat eloqui de actibꝰ sanctoꝝ q̄ elemosynarij fuerunt. Una vicꝝ cū recitaret de vita scī serapionis q̄ syndonius vocabat'.inuenit eū vt ferē amicū suū egeno vendisse.⁊ iteꝝ paululum illū pcessisse.⁊ frigus patienti obuiasse.eiq; tunicā pebuisse. Et quia nudus sedebat tenens euangliū.interrogatus a quodam.quis te expoliauit abba:demonstrans cuāgelium.ait.ille. Alio quoꝝ tempore bocipsum euangelium vendidisse et elemosynam dedisse fertur. Discipulo autem dicente abba vbi est euangelium:ait hoc quod dixit mihi.vade ⁊ vende que habes et da pauperibus.ipsum vendidi et ipsum dedi vt habeam

ſductam in die iudicij. Et cum quedam vidua petiſſet ali quādo ab eo elemoſynam quia filij eius eſuriebant. eo nō habente aliquid: ſeipſam ei tradidit vt venderet eum ad grecos quos ⁊ in paucis diebus fecit chriſtianos. Ꝟ legēs de ſancto ſerapione vir ſanctus ſtupefactus ⁊ toꝰ lachry mis infectus ait. Credite mihi quia vſq; hodie putaui q vel aliquid facerem vana quas habetem pecunias neſcien s q et ſeipſos venderent quidam compaſſione ſuperā ti. Decipiebat autem collationes pro defunctis impi gre facere dicens. quia ante paucum tempus quidam ca ponus a ꝓſis ductus in carcerem truſus eſt. Quidam er go fugientes illinc ⁊ venientes in cypꝛū. interrogan a pa rentib⁹ illos ſi forte vidiſſent eū. Reſpondentes ſe. ꝓpꝛijs manib⁹ ſepeliſſe. Non autem erat ipſe. Ꝟ quidam ei ſimil. Illi Ꝟ tanḡ ꝓ mortuo faciebant ei tres collectas per ſin gulos annos. Poſt quatuor autē annos ille fuga lapſus a ꝓſis venit in cypꝛum. Cuiḡ audiſſet a ſuis q̄ memorā ſui tanḡ mortui feciſſent ter in anno ſcz in theophania. In dominica ſancta et in pentheceſte. Reſpōdit ille bis tribꝰ temporibus anni veniebat quidam candidatus vt ſol. et diſſolueret me a vinculis ferreis ⁊ cuſtodia. ⁊ monebat to ta die deambulando. memoḡ me recognoſcebat. ⁊ in cra ſtinum inueniebar vincula ferrea portans. Et hoc igitur ait ſanctus Job. tormentes quietem habere vlcim⁹ aū ꝓ eis collectas facimus. Huic quidam totum auꝝ qđ habebat. cuiḡ iſtigas ⁊ diuidiam obtulit ei ſteriſ genibꝰ ro gans vt oraret ꝓ ſalute vnici filij eiuscet vt vomens na tem eius que in affrica abierat. cum bono reduceꝝ aduen tu. Qđ cum ille feciſſet mortuus eſt puer. ⁊ nauis illa in q̄ frater illius hominis erat naufragium paſſa eſt. Totumq; quo plena erat perijt. preter animas ⁊ ſcapham vacuam. Cuiḡ vir ille vitra modum triſtis eſſet. vidit per noctem in ſomnis quendam quaſi in habitu patriarche dicentem ſibi. Vt quid turbaris frater. Nonne rogaſti me vt pe terem a deo quatenus filium tuum ſaluaret: Ecce ſaluus fa ctus eſt. Crede mihi quia ſi vixiſſet prauus ⁊ immund⁹ fie ret. Et de nati tua ſcito quia niſi deus ꝓ bono qđ feciſti placatus eſſet: ſententia data erat vt tota cum animal⁹ in profundum pergeret ⁊ fratrem tuum perdidiſſes. Sꝰ ſur ge ⁊ glorifica deum qui donauit tibi eum: ⁊ ab hoc ſcio va no ſaluauit filium tuū. Euiglans ḡ vir ille inuenit eos ſuū ꝓſolatum. Et curreṅs ad ſanctum patriarchā iactauit ſe ad pedes eius ⁊ gratias egit narrans viſionem quā vi derat: ⁊ ille glorificauit deum. Quodam monacho gi rante in ciuitate cum vna puella innocula ⁊ petēte elemo ſynam. quidam hoc videntes ſcandalizati nunciauerunt hoc patriarche q̄ ille monachice vite mulierem hūs vero gauet. Tunc ſanctus iobānes volens ꝓhibere peccatum uſſit mulierem flagellari: monachum vero verberari et in carcerem trudi. Quo facto apparuit ei p vniꝝ nocte mo nachus oſtendens veſtem ſuum ex flagellis putrefactum dicens ei. Ita placet tibi domine patriarcha. Crede mihi hac vice vt homo erraſti. ⁊ hec dicens receſſit. Mane aūt vir ſanctus memor viſionis ſedit ſuper lectum ſuum me ſtus. ⁊ mittens ꝓ monacho qui erat in carcere fecit eum ex poliari coram ſe vt veſtem eius videret ſi ita eſſet vt vide rat in ſomnis. Quo facto dei voluntate ſolutus eſt. et iam amictus quo erat indutus ⁊ cecidit. omneſq; viderūt eum eſſe eunuchum. Tunc vir ſanctus ait ignoscat̄ ſe peccaſſe in deum ⁊ in eum. monens tamen eum nō ita oportere mo nachum circūducere mulierem ad ſcandalum videntium. At ille humiliter rationē reddidit dicens. Nup cuꝫ eſſem gaſe ejecti me de vrbe hec mulier occurrit dicens ſe eſſe hebream ⁊ velle fieri chriſtianam. conteſtans etiā me ver bis terribilibus ne dimitterem eam perire. Timēs ḡ iudicij dei ſumpſi eam ⁊ baptizani. ⁊ girabam eam ſimplici corde modicum erp oſcens ſumptuꝫ: quatenus eam introduce rem in monaſterium. Tunc ſanctus narrata viſione bis q preſto erant. protulit centū nūmiſmata daturus ei. At ille nihil accipere voluit. ſed ait monachus ſi fidem habꝫ bo rum non indiget: et ſi horum indiget fidem non habꝫ. Hoc maxime omnibus fidem fecit q̄ ſeruus dei eſſet. Hec hy ſtoria vincit.

## Quedā alia nar- .§.xiii.

rat et eius legenda Jacobi de voragine de iſto Jo. elemo ſynario. Quidā enim pauper in habitu peregrini ad eū venit ⁊ elemoſynam petijt. At ille vocato diſpenſatore di xit ei. Da ei ſex nūmiſmata. Que ille accipiens. abiens ha bitum mutauit: ⁊ iterum ad patriarcham veniens elemo ſynam depoſcebat. Ille autem diſpenſatore vocato iuſſit ei dari ſex nūmiſmata aurī. diſpenſatos ait tomino. Per orationes tuas pater pauper ille mutato habitu bis elemo ſynam accepit. Beatus aūt Jo. quaſi hoc ſe neſcire diſ ſimulauit. Iterū ille tercio habitum mutans ad Jo. p de moſyna venit. Hic diſpēſator beatū Jo. tenere intuens q̄ ille eſſet qui iam bis accepat. Cui beatus Jo. reſpōdit Vade ⁊ da ei. xij. nūmiſmata ne forte ſit dominus meus hic ſuꝑ ſpauꝑ: qui tentare me velit vtrū poterit hic plus accipe q̄ ego dare. Audiens patriarcha cōſuetudinem eſſe q̄ mox vt impator coronatus eſt. cōfeſtim monumen tosū edificatores ſamit. aij. vel. v. minucias marmoū pu ſillas vnij calotis. et ingredientes ad impatorē dicūt. De quali marmore vel metallo iubet imperiū tuū ſibi fieri mo numentū: Imitatus hoc Jo. monumentuꝫ ſibi fieri pꝛe pit. ſed tamen vſq; ad diem obitus ſui imperfectum manere voluit. Ordinauitq; aliquos qui ad eum cum in ce lebri feſtinitate cum clero conſiſteret accederent. ſibiq; di cerent. Domine monumentū tuum imperfectum eſt. pꝛe cipe ergo vt conſummatur quia neſcis qua hora fur veniat.

Quadam vice cum patricius quandam pecunie eccle ſie quantitatē in mercantiis ibi ponere vellet. ⁊ patriarcha nullatenus conſentiret. ſed eam pauperibus diſtribui vel let. ambo plurimum contendētes abinuicem diſceſſerunt irati. Adueniente hora. xj. mandat patriarcha per archi preſbiterum patricio dicens. Domine ſol ad occaſus eſt. Qđ ille audiens ſachꝫ mis inſulſis ad eum venit ⁊ veniā poſtulauit. Cum quidam ſuus nepos grauem a taber nario quodam iniuriam audiuiſſet. ⁊ hoc pꝛiarche tamen tabiliter reuelaſſet nec conſolari poſſet. Reſpondit ei pꝛi arcba. Et quo aliquis auſus ē hoc dicere: ⁊ ꝓtra te os ſuū aperire: Certe ſibi faciam hodie in eum talem rem vt tota alexandria miretur. Qđ ille audiens ꝓſolationem accepit putans q̄ faceret eum grauiter verberari. Videns Jo. q̄ ꝓſolationem accepiſſet pectus ei oſculatus eſt dicens. Fi li vere nepos mee humilitatis exiſtis. cū ꝓparas te flagel lari ⁊ pnicia pati ab omnibꝰ vera. n. ꝓgnatio nō eſt carne ⁊ ſanguīe: ſꝰ ex virtute mētis aſſcit. Cōfeſtim igit̄ ꝓ illo hoīe miſit ⁊ ab oī penſione ⁊ tributo liberū eū eſſe fecit. Qđ au dientes oēs admirati ſunt. ⁊ intellexerunt hoc eſſe qđ di xerat. Faciā in eum talem rem vt tota alexādria miretur.

Idem cū quidam elemoſynā petēti dari pꝛecipiſſet quīq nūmos. mox ille indignatus q̄ maiorē elemoſynā ſibi non feciſſet ꝓnuo ad ꝓtumelias eius ꝓpꝛipit ⁊ in faciem eius pnicium cepit. Qđ eius familij audiētes. voluerunt in eū irruere ⁊ ipſm grauiter cedere. Qđ beatus Job. ꝓhibuit dicēs. Sinite fratres vt mihi maledicat. Ecce. n. ego ha beo. lx. annos blaſphemans ꝓ opera mea chriſtum: ⁊ ego vnū pnicium nō tolerabo ab iſto: Iuſſitq; ſeculi pecu nie aſſerri ⁊ cotā eo apponi vt inde tolleret quantū vellet.

Cū q̄dam aletandrinus lecto euāgelio eccleſiā exiret et verbis ocioſis vacaret extra. quadā vice pꝛiarcha cuꝫ eis exiſt. ⁊ inē eos ſedere cepit. Qđo ꝓo vt hoc mirādo dixit ad eos. Filij vbi oues ibi ⁊ paſtor. Aut intrate ⁊ ego ingre diar aut ſi manetis hic ⁊ ego parē vobiſcū manebo. Sed igit̄ et bis Ꝟ fecit. ⁊ eā in eccia ſtare eruditt. Cū quidā iuuenis quandā ſanctimonialē rapuiſſet. ⁊ clerici cotā hīo Jo. illū iuuenē erpiobarent ⁊ ipm excōicandū dicerent.

vt puta qui duas alias p̄ciderat: suā. s. et illius semine cōpescuit eos sanct⁹ Job. dicens. Non sic filij nō sic. Offendo vobis q̄ vos duo petā meritis. p̄mo q̄ pīa p̄cepta dei facitis dicentia. Nolite iudicare vt nō iudicemini. secundo quia nescitis procerto si vsq; hodie peccent. et se nō peniteant. Frequenter erūt beato Job. in oratōne vin ecclī posito. talibꝰ verbis cū deo disputare audiē. Sic sic bone dñe. Ego dispergēdo et tu ministrādo vide amus quis vincet. Cum aūt mortī se appropīnq̄re videret. febre correptus dixit. Hi as tibi ago deus q̄m eram dilui miserā meā rogantem bonitatē tuam ne inueniretur mouenti mihi nisi vnū tornacem. hoc igitur vasi pauperib⁹ iubeo. Ipso aūt defuncto venerabile corp⁹ eius positū est in sepultura: vbi duo corpa e⁹q; tumulata erāt. Et ecce corpora illa mirabiliter sancto Job. cesserūt: et locū ei medium vacuum dimiserūt. Ante aūt paucos dies q̄m moreretur. cū quadam mulier quoddā flagitiosissimū peccatrix posuisset. et nulli vnq̄ cōfiteri auderet. dixit ei sanct⁹ Jo. vt saltim illud scriberet. eo q̄ scribere sciebat mulier illa et sigillatū ei afferret. et pro ea ipse oraret. Cui illa assensit et peccatū suum scribens diligenter sigillauit beato Jo. tradidit. Sed post paucos dies Jo. infirmatus in dño requieuit. Illa aūt reputans se vitupatam et cōfusam. credens q̄ scripturam alicui dimisisset et ad mas alicuius deuenisset. ad tumulū sancti Jo. accessit et ibi verbernine fiens clamabat dicens. Heu heu putans p̄fessionem vitare: consilio facta sum omnib⁹. Cuncta autem sanctissime fieret et beatus Jo. rogaret vt sibi ostenderet vbi nam scriptū suū dimisisset. Ecce beatus Jo. in habitu pontificali de tumulo p̄cessit vsq; ibi epis cum quib⁹ erat tumulatus hinc inde vallatus. dixit mulieri. Cur me tantū infestas et me et sanctos istos qui mecū sunt quiescere non permitis? Ecce tole ne lacheymis tuis madefacte sunt. Poenitetq; ei scriptū suum sigillatū vt prius fuerat dicens. Vide sigillum hoc et aperi scriptum tuū et lege. Ipā illa aperiens peccatū omnino deletū inuenit et ibi taliter scriptū reperit. Peopē Jo. seruū meum: deletū est peccatū tuum. Sicq; illa immensus deo gr̄as reddidit et beatus Jo. cum vsq; illis epis in tumulū rediit. Claruit aūt sanct⁹ ille vt supra dictū est tempe foce impatoris vnde et circa tempa greg. pape. Anno. i. dñi sexcentesimo. xv. vel circa. Monachus q̄dam natalius noīe sanctus vir volens temptare Jo. tunc viuentem si posset sibi verbis suaderi et ad scandalū facile inclinari. ingrediens ciuitatem alexandrie. oēs publicas meretrices p̄scripsit. Intrauit aūt ad illas p ordinem dicens cuilibet. Noli fornicari cum alio si vona mihi bācnctem. Intrans ad vnā in angulo domus tota nocte flens gemebat orabat p̄ illius p̄uersione. et postea mane exibat p̄sapiens ne alicui reuelaret qō per eum fiebat. Una autē vitam e⁹ manifestauit q̄ statim orante sene a demone arrepta est. Cui dicebant omnes. Reddidit tibi deus quod meretharis. qm̄ mentita es erubescens illum q; non ad fornicandum intrauerat. Vespe aūt facto dicebat natali⁹ cunctis audientib⁹. Volo ire ad locū. Expectat me dīa talis sc̄z meretrix. Multisq; obturgantib⁹ ei dicebat. Nunqd nō ego habeo corpus vt alij aut pīa monachos solū iratus est deus? Dicebāt aūt sibi aliqui. Accipe tibi vnā mulierem abba. nō scandalizes alios. Ille se fingens iratum dicebat. Vere nō audiū vos. Qui vult scandalizari scandalizetur. Cuncta apud beatum Jo. querimonia referret de illo. dom⁹ induratit cor eius vt nō crederet. Deprecabatur autem deum vt post mortē alicui reuelaret vt nō imputaret⁹ in peccatum his qui scandalizati erant sup eū. Multas ergo meretrices p illum modum deus conuertit. quas ad monasteria destinabat mulierum. Quodā autē mane cum egrederetur natalius de domo vnius ad quā alius accedebat ad fornicandum. dedit alapam natalio dicens. Usq; quo pessime non emendas vitam tuam ab hac immūdicia? Cui ille respondit. Crede mihi accipies a me alapā talem: vt tota alexandria congregetur. Et ecce p⁹ modicum quidam in specie mauri sibi alapam dedit dicēs Hec est alapa quam misit tibi abbas natalius. et statim a demone vexatur. ita q̄ ad voces eius omnes conuenerunt sed tamen penitens p eius oratiōnem liberatus est. Vir autem dei mortī appropinquans hanc scripturā dimisit. Nolite ante tempus iudicare. Mulieribus autem confitentibus que faciebat. omnes glorificabant deum. et precipue beatus Jo. dicens. Utinā ego accepissem illam alapam quam ille accepit. Mirabile est istud exemplum. nec imitandum. sed ex eo hoc eliciendum q̄ de operib⁹ extraordinarijs sanctorum virorum non est facile in malum iudicandum.

## Prefatus sanct⁹ .§.xiiii.

Jo. volens homines ad elemosynas inducere. inducebat hoc notabile factum. Pauperibus mendicantib⁹ semel feruentib⁹ ad solis radiū. cepernnt adinuicem cōferre de his qui eis faciebant elemosynas. bonos elemosynarios quosdam laudare nominatim: auaros aūt et tenaces vituperare. Inter ceteros autem ad medium collocutionis eorum deductus est quidam nomine petrus telonarius diues et potens: sed nimis pauperibus immisericors. q; ad domū suam mendici accedentes cum nimia indignatōne ab eo repellebantur. Cum ergo nullus eorum inueniretur q̄ a domo illius susceperisset vnq̄ elemosynam aliquā. vnus eorū dixit. Quid vultis mihi dare si ego ab eo elemosynā accipio? Et facientibus eum eo pactū de aliquo. accessit ille ad domum eius elemosynam petens. At ille petrus cum domum tunc rediret inueniens pauperem pre foribus et mācipium eius panem siliginis a furno in domum referret nō inuentens lapidem loco eius panem vnum siliginis arripiens illum importune petentem pcussit in eum proijciens. Ille autem eū accipiens ad pauperes socios suos accucurrit. et q̄ de manu ipsius petri elemosynam accepisset ille letus iudicabatur. Post duos dies infirmatus Petrus ille ad mortem. vidit ante se iudicium stare ac mauros q̄dam super stateram eius mala appendere. Et altera autē parte staterę quidam dealbati tristes stabant. eo q̄ nihil qō ibi apponerent inueniebant. Tunc vnus eorū dixit. Vere nihil habem⁹ nisi vnū panem siliginis quē ante duos dies ego dedi coactus. Illi igit sup stateram ponentib⁹ stateę equalitas facta est. Dixerunt ei. Adauge ad siliginem hanc alio quin mauri illic apprehendent. Emiglans aūt et liberatus ab infirmitate dicebat Jo. Si vnus panis siliginis quem p furorē iactaui ita profuit: quanto magis omnia sua in pauperib⁹ elargiri. Quadā igit die cū optimis vestimentis esset indutus p viam pgeret. naufragus quidā ab eo aliquod tegumenti postulabat. Continuo ille se p̄cioso vestimento expolians illi dedit. quod ille accipiens statim vendidit. Cui telonarius rediret et vestimentū suspensum videret. ptristatus est valde adeo vt nec cibus sumere vellet dicens. q; non sum dignus vt mei memoriā egenos habeat. Et ecce dum talia diceret. vidit quendā sup solem fulgentem et sup caput crucem ferentem indutum vestimento qō dederat egeno dicentem sibi. Quid deploras petre? Qui cum causam sue tristicie explicuisset dixit ei. Cognoscis me. Et ille. Etiam domine. Et dominus. Eo ego vestica eximio mihi dedisti. et gratias ago bone voluntati tue: quoniam frigore affligebar et cooperuisti me. In se ergo reuersus cepit egenos beneficare et dicere. Dixit dominus. Non moriar donec filius vnus et eius.

Dans ergo pauperibus omnia que habebat accersito notario suo dixit ei. Secretum tibi volo cōmittere. qō si propalaueris aut si me non audieris: barbaro vendam te. Dansq; ei decem libras auri dixit ei. Vade in sanctas ciuitatem et merces tibi eme. et vende me alicui christiano et precium pauperibus tribue. Illo autem recusante dixit ei. Si me non audieris. barbaro te vendam. Ducens

ergo eum vt viderat indutum sordidis vestibus. cuidam argentario tanq̃ seruũ suum vendidit: et .xxx. nũmismata ex eo accipiens pauperib⁹ dispensauit. Petrus igit̃ venditus omnia vilia officia faciebat. ita vt ab omnibus contemneretur et ab aliis seruis pcutiebatur. tum ameno et timabatur. dominus autem frequenter ei apparebat. vestimenta et nũmismata ei ostendens eum cõsolabatur.

Verum imperatore. vniuersis sibinotis de amissione tanti viri volentibus quidam vicini eius ad visitanda loca sancta ꝓstantinopolim accessit. et a domino illius inuitati cum pranderent sibimuicem in aure dicebant. Similis est homo iste petro telonario. Et curiose respicientibus vnus dixit. Vere dominꝰ petrus est. Surgam et tenebo eum. Quod ille aduertens latenter fugit. Erat autẽ ostiarius surdus et mutus qui per signum ostium aperiebat. Cui petrus non signis sed verbis imperauit. Et ille continuo audiens et loquelam recipiens sibiq̃ sibridens aperuit ostium. Et dominũ intrans cunctis de eius loquela mirantibus dixit. Ille qui cogitabam faciebat exijt et fugit: si videte ne seruus dei sit. Cum enim mihi dixit. Aperi mihi dico. statim flamma ex ore eius exiuit que lingua meam et aures tetigit: et mihi loquelam et auditum restituit. Et exilientes et currentes post eum amplius eum inuenire nõ potuerunt. Hic omnes de homo illa priam egerũt: eo q̃ tã sanctum virum ita viliter tractauerunt.

Capitulum .ix.

# Vita narrat grego.

in libro dyalogoꝝ miracula et exempla virtutum imitanda que gesta sunt a sanctis viris in diuersis partibus et alie circa tempa sua. In ptibus enĩ samnij fuit quidam bonoratus nomine. qui a puerilibus annis ad amorem celestis patrie per abstinentiam exarsit. ab esu carnium se subtrahebat: et ab ocioso etiam sermone restringebat. Quadam autem die dum a parentibus et cõuicinis vicinis eorum paratum esset camilv ad vescendũ paratis. bonoratus in proposito abstinentie sue firmꝰ carnes cõingere recusabat. Laborantq̃ parentes inredere eum dicentes. Comede. Nunquid pisces tibi in his mõtibus allatum sumus? Ille. n. in loco pisces audiri consueuerant nõ videri. Deficiente aũt aqua in conuiuio mancipium pgit ad fontem cum situla. Qui cum aquã ex fonte hauriret. piscis situlam intrauit. et ante ora puerorum mancipiũ aquam cum pisce fudit. et tante magnitudinis: vt ad totius diei victũ honorato sufficere posset. Vbi mirari omnes ceperũt eum venerari quez prius despiciebant. Hic demum bonoratus cum esset seruus arcipricius cũ patre suo virtutibꝰ a vno suo fuit libertati donatus. Monasteriũ aut̃ in loco qui dicit̃ fundis ꝓstruena. pater extitit ducentoꝝ fere monachoꝝ. Dum aũt quadam die et eius monte qui eꝰ monasterio in excelsum ꝓminet ingẽtis saxi moles erupta esset. que p̃ ruerum montis lacus veniens. totius ruinaꝝ celle omniumq̃ fratrum interitum minabatur. cum venientem desuper virum sanctum vidissent: frequenti voce eꝝm inuocare extensa manu dextera signũ crucis opposuit. eamq̃ in ipso ruenti montis latere cadentem fixit: ita vt nunc vsq̃ montem cementibꝰ cassura pendere videatur.

# Regis totile tempore .§. i.

huiꝰ. vite sue anno cernens grande monasterium ⁊ multitudinem fratū secum habitantiū: turbasqz eorū qui varijs langoribus ⁊ immundis spiritibus occupatos ad se deducebantur: ita vt omni genere hominū solitudo p̄ circuitū repleretur. flebat quotidie ⁊ incredibili desidere cōuersationis antique recordabat̄. Interrogatus a fratribus quid haberet cur se affligeret: aiebat. Rursum ad secessum redij. ⁊ mercedem meā in vita mea recipio. homines palestine ⁊ vicine prouincie estimant me cē alicuius momēti. ⁊ ego sub p̄texta monasterij ac dispensatōe fratrum vilem simplicitatem habeo. Seruabatur ergo a fratribus maximeqz ab Ischirio qui eius veneration⁹ miro modo deditus erat. Cunqz siciligensi biennium duxisset. mulier quedā venit ad eum volens ⁊ ad antonium pergere. Cuiille flens ait. Vellem quoqz ipse ire si non huius mōasterij carcere tenererer: si eundi fructus eēt. Biduum a. hodie est q̄ tali parente totus mūdus orbatus est. Credidit illa ⁊ subbibit. Et post paucos dies veniente nuncio antonij transitōem audiuit. Concurrebant hinc et̄i. Inde clerici monachi ⁊ omne genus hominum vt benedictū ab eo panez vel oleum accipent. At ille nihil aliud q̄ solitudinem meditabatur. intantū vt quadam die adducto asello. nimijs quippe ieiunijs corpus exesum vix ire poterat iter arripe conaretur. Qui cum perebuisset quasi paleſtine vastitas interdiceret̄ plusqz decem milia hominum diuersi sexus ⁊ etatis cōgregata sunt ad eum retinendum. Ille immobil ad preces ⁊ baculo arenam discutiens loquebat̄. Fallacē deum meum non facio nec possum videre subuersas ecclesias. calcata xp̄i altaria. Filios sanguinem meorum. Tunc omnes qui aderant intelligebant revelatū ei ē quoddam secretum quod nollet confiteri. ⁊ nihilominus custodiebant eum ne discederet. Decreuit ergo omēs publica voce contestans non se cibi vel potus sumere nisi dimitteret̄. Et post. vij. dies inedie. Tandem relaxatus cum infinito agmine p̄sequentium venit vetulium. vbi suasis turbis vt reverterentur. elegit xl. monachos qui haberent viaticum ⁊ possent ieiunantes ingredi. et post solis occasum cibum sumere: pgensqz ad castrum tonbaston sacerdotē eius qui ibi erat labat visitauit. Quo incredibiliter tāti viri p̄sentia consolato: babilonē p̄rexit vt et babilonem eius inuiseret. Constantinus. n. rex arianoz bereſi fauens vetuitqz in ea loca depositari fecerat. Deinde habitaculo sancti antonij visitato reuertens a froditon duob⁹ tm̄ secum retentis fratribus in vicina heremo morat⁹ est. tanta abstinētia ⁊ silentio vt se p̄mum tunc rpo seruire cepisse diceret.

Porro iam triennium erat q̄ clausum celum illas terras arefecerat. vt vulgo dicerent antonij mortem etiā elementa lugere. Nec latuit fama viri accolas illius loci. certatimqz viri et mulieres ore lurido et attenuati fame plumas a seruo christi id est successore antonij deprecabant. Quos ille cernens mire doluit. elevatisqz ad celum oculis ac palmis. quod postulauerat statiz impetrauit. Aere

gio illa posthꝫ est pluuijs irrigata. tantã serpentũ ꝛ venenatoꝝ aĝalia multitudinẽ ex impetuoso ebullijt: vt innumerabiles pestilijt: nisi statim ad sanctũ virũ recurrissent interissent. Benedicto itaq; oleo vniuersi agricole ac pastores tangentes vulnera certã salutẽ ꝑsumebant. videsne ergo se ꝛ ibi etiam miris honorib⁹ affici. de loco illo recessit.

## Quanto autẽ plus .§.ii.

gloriã mundi fugiebat tanto magis eã sequebat̃ et maximis miraculis suis. vñ cũ in sicilium vt lateret deuenisset. Scutarius q̃dam dũ in basilica beati petri rome torqueret̃ pclamauit in eo spũs immundus. Ante paucos dies ingressus ẽ sicilia bylarion seruus dei: ꝛ nemo eũ nouit: et putat se esse secretũ: si ego vado ꝛ pdam illũ. Statimq; cũ seruis suis ascensa naui appulsus ẽ pachinũ in sicilia. Et vbi accesse se demone añ tugurũ bylarionis ꝑstratus illico curatus ẽ. hoc inimicũ signoꝝ eius in sicilia. Innumerabilẽ deinceps ad eũ adduxit egrotãtiũ multitudinẽ. hoc ꝛ quidã etiã de primoribꝫ tumẽs adductus ab eo sanat⁹ est. Siebinus aũt discipulus eius toto orbe terrarũ euꝝ querebat. ꝛ eum audisset ꝑbetã cbuilbianoꝝ in cilicia apparasse: ꝛ tanta miracula facientem vt de veteribꝫ sanctis putaret̃ ad eum accessit sed audiuit iam eũ nolle habitare in illis regionibus: sed velle ad barbaras ꝑgere nationes vbi et nomen ꝛ sermo eius esset ignotus. Dum ergo ad epidaurum dalmatie oppidũ vbi paucis diebꝫ in quodã mãsionis agello abscondi nõ potuit. Draco siquidẽ ingẽtis magnitudinis quẽ boas vocant: q; boues deuorat. q; non solum bestias sed ꝛ homines absorbebat facta oratione et in cella pira lignoꝝ quam fecerat ꝓparari dictũ draconem ꝑbussit. Exinde cũ maria egressa terminos suos epidaurini verentes ne oppidũ suũ funditus ꝓtereret̃ ab aquis accipẽtes fenẽ et quasi ad ꝓlium ꝓficiscẽtes ꝓsecuti eum in litore. Qui cũ tria signa crucis pinxisset i sabulo maris et manus ꝓtenderet mare añ eum stetit q̃si ad obicem indignãs infernetiõem relapsum est. ꝛ nõ vltra ꝓcessit. Et cum mutaret̃ oratorio ipse in naviculaz ascendens fugit in ciprum. Et cũ pirrate ẽdem obsidentes quererẽt naviculam capere sanct⁹ dei orãte sua obtinuit vt ad eos nõ ꝓssent attingere sed retro ad litus inuiti reuerterent̃. Ingressus aũt paphũ vrbem cipri ꝑ totã illam insulã quicq; inuentos habebãt ꝑsus clamare ceperũt venisse bylarionẽ suũ christũ: ꝛ ad eum se debere ꝓperare. Et intra .xxx. dies ducenti ferme infirmi viri ꝛ mulieres ad eum ꝑgregati sunt. Quos videtes dolens q; se nõ paterent̃ quiescere ꝛ q̃dãmodo i vltionẽ sui seuiens tanta orãtionis instantia eos flagellauit vt oĩs infra vnã edomadaz curarent̃. Manifestq; ibi biennio semp̃ de fuga cogitãs ad vitandã famã mundi

Postea accessit ad q̃ndã insulã circa ptes egypti locũ pene inaccessibilẽ quo vix repẽãdo manibꝫ et pedibꝫ potuerat ascendere. Ibi repiena locũ remotã arboribꝫ circũdatum habentẽ aquas ꝛ ortulũ pamenum ꝛ pomeria plurima: de quoꝝ tñ fructibꝫ nunq̃ comedit. Ibi ꝑ quinquennium hũanit vbi innumerabilibꝫ ꝑ diem ꝛ nocte demonũ voces resonabãt vt exercitũ crederes. Quo ille delectat⁹ est valde scs q; antigonistas in ꝓximo haberet cũ quibus ꝓrederet̃. Ibi paralitica adducta in nocte christi sanauit.

## Igitur octuagesi- .§.iii.

mo exactis sue anno cũ absens esset ejsebius discipulus su⁹ ꝛ custos ejs in testamenti vice hanc ꝓpria scripsit epistam omnes diuitias suas ei derelinquẽs. Euangelium scz et tunicã faccineam cucullam ꝛ pallioli. Venerũt ita ex ad eum de papho multi religiosi viri marie q; eum dixisse audierãt iam se ad xpm migraturꝫ. Sed ꝛ ystannia quedam sancta femina cuius genꝫ et filiã inunctione olei de morte liberauerat. Quos oĩs adiurauit ne puncto ẽdem hore post mortẽ referret̃: sed statim eodez ortulo terra operirent sicut ꝛstitus erat in tunica cilicina cucullo et saco rustico. Jamq; modicus calor in pectore tepebat. nec ꝑter sensum quicq; vim habens superat: et tamẽ aperti oculi loquebat̃. Egredere quid times anima: Egredere quid dubitas o anima: Septuaginta ãnis seruisti christo ꝛ mortem times. Inter hec verba egalauit spũs Statimq; humo obrutum aĩ vbi sepulcrum ejs mortuũ nũciauerit. Qũ postq; palestine sexto die ecclesias agnouit ciprum perrexit et simulans se velle habitare in eodem ortulo post decem ferme menses corpus eius furatus est. Et inuentum est corpus integrum sicut prima die sepultum fuerat mira odoribus fragrantem. Capi.vj.

## Eodem tempore machabeus

discipulis beati antonij. Refert vincẽs.li.xv.c xvij.spe.hyſto. q; cum Lucius pessimus arrianus ẽ intrusisset in epatu alexandrine magnamq; ꝑsecutionem fecisset veris fidelibꝫ: tria milia etiã monachoꝝ per heremũ dispsos armata manu insequit̃ ꝛ plures occidit. Et inter ceteros duos illos machabeos exilio tradit. Quidam aũt die aĩ eos delatus ẽ oleo mẽbra ꝓcipue pedibꝫ arduus. Qui oleo inunct⁹ ab eis ꝛ dicẽtibꝫ. In nõe dominj ihesu christi quẽ Lucius ꝑsequit̃ sta sup pedes tuos et ꝑfecte sanat⁹ est. Et alia vice cec⁹ illuminatus ẽ. Prefatis aũt miraculis ꝛ aliis auditis mirabilibꝫ Lucius ille pessim⁹ i quandã insulã egypti paladosam deportari fecit cũ duobus pedisequis noctu in q̃ nouerat neminẽ ibi cẽ christianũ. In ea aũt quoddã templũ erat summa veneratõne ab incolis obseruatũ. Lõgq; pumũ nauicla senũ otã soli dñi ꝓfuisset. ecce subito sacerdotis dñi templi filia ab immũdo spũ correcta. cũ ingenti vociferatiõe vsq; in celũ ꝑ medios agi ꝑsos cepit. et crebros ducens vlulatus. strideus hec atq; illuc rabida ora vibraret. Lõgq ad spectaculũ tãti monstri ꝑsi ꝓcurrissent. maxime cũ esset sacerdotis filia: qui ibi in magno honore habebat̃ ꝑ auras eã raptam sequentes ꝓueniant vsq; ad nauiculã senũ. Ibi vero ꝓiecta eoꝝ pedibꝫ ꝛ ꝑstrata clamare cepit. Quid venistis hoc o serui summi antichristi nos ꝛ veternosis exosũ domicilijs. In hoc loco depulsi vndiq; latebam⁹ q̃bo nos latere nequaq; potuim⁹. Cedimus antichristo sedibꝫ ꝑsos vestros terrasq; recipite. Hec illa dicente increpatus ab eis spũs effugit. Et puella sana vnacũ parentibꝫ suis iacebat ad pedes nostri epi apostoz. Qui talibꝫ exordijs ꝓdicantes eis fidẽ domini nostri ihesu christi in tanta ꝓuersione repente eos ꝓduxerũt. vt statim manibꝫ suis antiquissimũ illud templũ. qđ in summa veneratiõe habitũ fuerat testruerẽt: ꝛ ecclesiam edificarẽt. Qđ cũ fuisset alexandrie nunciatũ venisse Lucius ne forte etiã suoz odia in eum insta ꝓsurgerẽt. vt pote q; aperte iam bellã non hominibꝫ sed deo indiceret. occulte eos remitti in heremũ iubet.

## Isti aũt macharii .§.i.

duo abbates sanctitate miraculisq; insignes fuerũt: quoz vnus fuit alexandre ꝑsbyter cum quo inquit beraclides i libro de paradiso per triennũ vixit: qui quedam miracula sub oculis meis fecit: habebat in ꝓposito vite: vt si q̃d magnum a quibuscũq; sanctis in abstinentia fieri videret̃: ꝟ ferenter imperet. Itaq; congnito q; tebanoliore nihil cocti comederent per totam quadragesimam statuit vt per septem annos nihil coctum igne gustaret: sed crudo tñ olere contentus esset. Dicebat autem q; per .xx. dies aliquando subdiuo manssillet diurnis estibus flagrans et nocturnis frigoribus tremens: vt sic somnum vinceret. Quadam die dum in cella sua matutinus sederet. a culice vulneratus in pede dolensq; manu sua illum ꝑmit: qui et motiens plumbeus cruorꝫ effudit. Rep̃hendensq; se q; iniuriam ꝓpriam vindicasset ita se cõdemnauit vt in puteis scirbie nudus per sex menses sederet. vbi culices crabonibus similes aptotumq; ꝓfant cutem. Sicq; totus illic exulceratus est: vt tuberibus q; omnia eius membra turgen-

rbus elephancios⁹ vilis appareret. Post hec ad cellam suam reuersus sola eius voce patefactum est q ipse esset macharius. Aliqñ desiderauit vt solebat referre ortus in quo sepulti erant iamnes ⁊ mlbres magi ꝓbaraonis videre: qui longo tpe quadratis lapidibꝫ opus illud extraxerant. vbi ⁊ aurū reconderant. ⁊ vanis arbusculis locum replenerāt. puteum quoq; fecerant. qi ꝓ obitū illic se tanq̄ in paradiso mansuros ee crederēt. Qmia ꝺo machar⁹ viam ignorabat. estimatõe quadā animi. solas stellas celi sequeb⁹ sicut a nautis in mari solet fieri: deserta pambulabat. fasceꝫ q̄s calamoꝝ secū portauerat vt ꝑ millenos. passus singulos figeret. q̄ facil⁹ hec sig̃ cognoscẽs remeare posset. ℔ nouem igit̄ dies itinere cõfecto ꝑfatis locis appropinquauit. Cui ferocissimus demon quiescẽti camelos oẽs et ꝓuisiõ locis collectos ad caput posuit. Ipe q̄ a somno surgens q̄s alibi reliquerat illic agnouit. Ꝛetro q hoc deo ꝑmittẽte ad examinatõem beati viri cõtigerit. ne spem aliquã haberet in calamis ℔ magia in gr̃a dei. qui in nube p quadragita annos ꝓfso israhel iter p desertum mõstrauit. Dicebat aũt de plato orto. lxx. demones ad eius aduentũ. psilysse clamantes. ⁊ circa vultum eius et oculos conuoz mote volitates ac dicẽtes. Quid vis machari: Quid nostras regiones ingrederis. tua tibi solitudo sufficiat. Quid hanc possessionẽ inũpere queris: quã nunq̄ homo posthq̄ nobis a fratribꝫ hic manu nostra sepultus tradita ẽ vinẽs ingressus ẽ. Macharius rñdit. Ingrediar tñ vt videã cõtinuoq; discedã. Mox demões ab eius oculis recesserunt. Ingressus igit̄ cũ loca vidisset: p viginti dies ad cellã suã reuersus est. Cui cũ aqua quã portauerat cũ panibꝫ desse cepisset ac iam penurie molestia pene deficẽt: apparuit ei quedã lineo coopta ferẽs ampullã aque stillantes. vno stadio a se separata ita vt eam se assequi posse putaret. nec tñ valeret. Itaq; spe bibendi. laboẽ se triũ dieꝝ patienter sustinuisse dicebat. Multitudo ꝺo babaloꝝ apparuit inter quos vna de babalis subito cum pallio suo albiit. cui lac et vbere illebat in terrã. Subieci ergo me inquit ⁊ labia mea femoris vberibꝫ in os meũ exp̄sit. ⁊ ita quoq; bestia subsecuta. vbera sua ei ꝓbebat: nec ꝓpius fetum suum sancto cõtemplatõe suscipiebat. Alio quoq; tpe dũ ad requiẽ monachoꝝ puteum faceret aspidis mostifero dente pcussus. coarctꝫ eũ vtraq; manu ab eo diffentoꝝ scidit medium dicens ei. Cum te non miserit deus meus. cur ausa es hoc venire.

## Habebat aũt ma- .§.ii.

charius diuersus in diuersis locis cellulas: in quibꝫ ꝓtractum opabat̄ infignia: vna sine fenestris erat: in qua p totã quadragesimã sedere dicebat. Alia ꝺo angustior in qua pedes suos extendere nõ valeret. Tercia ꝺo latior: in qua suscipere cõsueuerat ad se venientes: hic cũ audisset grãde vite cõuersatõem habere tabẽnenliotas sumpto babitu secular: ibeabidem vsq; puenit. Et accedẽs ad ꝑdictoꝝ monasteroꝝ primũ quidẽ archimandritã pachomii req̄siuit q̄ quidẽ ꝓbetie grãm habebat: ℔ nibil ei de macbario reuelatũ fuerat. Cunq; ab illo peteret vt eũ in monachum recipet ait. Senilibꝫ annis grauatus iam nõ potes monachus esse: nec inter fratres qui labores ⁊ abstinẽtias ab adolescẽtia didicerũt viuere. Alioquin tẽptatões non ferẽs ab eo lesus enbuc eisq; maledicere incipies quos imitari nõ poteris. Moluit q̄ eũ p totã septimanã recipe. Dũq; in rogãdo ieiunio ingreter ꝑsisteret: tandẽ ait. Suscipe me abba. ⁊ si me inferiorẽ eis in ieiunio reprehenderis vl in ope. statim de tuo monasterio expelle. Tunc ille ꝑsuasit fratribꝫ vt recipetur. Est aũt illic vnius mansionis numerus bis vsq; ad mille. ccc. viros. In hãc ingress⁹ macharius cum sequentẽ quadragesima videret diuersos vario modo viuentes. Et alium quidẽ vespertinis horis. Aliũ ꝺo post biduum. Alios aũt post quinq; dies gustãtes. Aliũ totis noctibꝫ stantẽ ⁊ p die sedẽtẽ ac laborantẽ. Ille in quodã angulo stabat vsq; ad quadragesime finez nõ panẽ non aquã gustans. non genua flectens nõ in terra iacens. ℔ tñ modica canlicoꝝ folia cruda dominica die sumens: nõ alicui quicq̄ loquens: ℔ in summa taciturnitate consistens: in corde suo ingiter oans palmaruꝫ corticeꝫ intus tenens: ⁊ eo solũ opus efficiẽs. Quẽ cum tamdiu ⁊ inmitabilis vite ceteri cõsiderassent quasi sedẽtẽ quadam cõtra principẽ suũ cõnoti direruũt. vnde nobis illuꝝ adducpsti qui ad cõdemnatõem eoꝝ nr̄m ita viuit quasi carne humana non sit. Aut igitur eũ a nobis tolle. Aut sito nos omnes hodie de hoc monasterio egrediaros. Ipse tñ deum ꝑ cuius est vt ei quis esset reuelaret. Quo statim facto. arreptũ illum duxit ad oratoriũ suum. osculansq; eũ dixit illi. Tu ille macharius es ⁊ mihi celare tentabas. Gratias ago tibi quia colaphos infantibꝫ nostris dedisti. ne magnum aliquid in cõuersatõne sue vite facere se putarent. Reuertere igit̄ ad locum vnde venisti: quia sufficienter omnes nos edificasti ⁊ oia ꝓ nobis. His verbis cognitus ab omnibꝫ int̄ discessit. Idem etiã retulit nobis dicens. Quodcunq; genus vite ⁊ abstinentie desiderauimitatus sum ⁊ ꝑfeci. Interim aim meã aliquando quedã noue cogitatões cupiditas occupauit. vt vellem cõmnis diebus quinq; cocdis mei sensum inf̃ebdẽ a deo facere. Clausis igit̄ ostijs vt nullus a me posset responsum accipere cepi instare a principio septimane dicens sensui meo Vide ne velis a celo ad terram descendere: habes illic angelos. Pumumq; eim creatorẽ deum illic cõuersare. In hoc itaq; duobꝫ diebꝫ ⁊ noctibꝫ ꝑseuerans adeo demonẽ ꝓuocasse ac stimulasse me sensi. vt ille subito conuersus in flammã ignis. omnia que intra cellã habere videbar incenderet. ipam etiam martã sup quam stare cõsueueram. vt totum iam arsurum me crederẽ. Denuq; tanto timore p cussus ab huius ꝓposito tercia die discessi: ⁊ iterũ ad cogitatões seculares descendi. ne ex ꝓpetuo diminutis instituto aliquod mihi genus arrogantie nasceret.

Ad hunc macharũ ego veniẽs aliqñ reperi ꝑsbem aũ fores ecclie ipius: qui venerat vt curaretur. Habebat. n. caput totuꝫ cartino exesum. ita vt etiã vertices nudarent. ⁊ nec dum a sancto macbario suscepto fuerat aut vsus. Qui mibi. p illo roganti vt ei misereret. Rñdit. Non ẽ dignus ille curari. Hanc. n. penam diuinitus accepit. quia fornicatõe pollutus mysteria dñi violare consuenit. ꝑsuade tñ illi vt unpetuũ se suspendat a sancti sacrificij immolatõe: et sic deo ius ante poterit curatoꝝ recipe: qđ ⁊ factũ ẽ. Quadam vice cũ macharius ꝑ desertum incederet inuenit calvariã cuiusdã defuncti. Et cuꝝ oasset interrogauit cuius ꝑsone caput illud fuisset. Qui respondit se fuisse paganũ Et dixit ei macharius. vbi est anima tua. Et ille. In inferno inquit. Et cum interrogaret si multus in profundo eet. Rñdit quantum distat celum a terra. Et vltimum interrogauit. Si alij essent eo profundiores. Respõdit ille. Etiam iudei. Et macharius. Sunt alij ꝑfundiores. Respondit vltra indeos sunt mali ⁊ falsi xpiani: quos ꝑ sanguine redempti sunt. Eundem macharium aliqñ cogitatões vane glorie stimulabant pretendentes quasi boni opis spẽm. vt a demonibꝫ veratos curatur⁹ ꝑgeret remũ. Cunq; fortiter vegeret. placit se subito supra cellule fenestra vt pedes extra cellaꝝ dimitteret: ⁊ ait. Date me demones si potestis ⁊ trahite: qñ ego peccatis meis nos ibo quo vultis. Sicq; diu iacens imm obdis circa vesperũ surrexit. Sequenti nocte rursus molestantibꝫ eũ demonibus. sportam arenis repletam humeris suis imponens ꝑ deserta spaciabat. Cui theophilus antiochenus occurrens ait. Abba quid tantum onus portas. In me potius qđ tuebis transfer. At ille respondit. Otio vexantem me. Otio nanq; fruens iter aliquod me agere compellit. Cunq; ergo sic onustus ambulasset diuersas ⁊ illo ponderecorpus suum cõfecisset in cellã regressus ẽ. Mibiq;

aliqñ cum trifficia cõquerẽti q varie cogitatões animum meã turbarent dicentes. vade hinc qm nihil agere te cernis. Rñdit. Dicipũs cogitatõnibo tuis: ꝓpter xpm paries huius celle custodio. Idem etiam mihi hoc retulit. Notani inquit qñ sancta mysteria frameo vsabã q marco monacho nunqñ vescisse. ñ semp ei sancta de altari angelus dabat. Solam tñ manũ dantis videbam. Referebat Paſuntius de hoc marco q belua quedam capite ostium celle sue pcutiebat. ingressa catulũ suũ cecũ ante pedes eius proiecit. Quẽ ille tenẽs in oculos eius expuens. ocatus illuminauit. eumqꝫ mater eius abducens sequenti die viro sancto pellem ouis exhibuit. Qui cũ beato athanasio vereliquit. A quo postea sanctam elamia cãdem accepisse se dixit.

## Fuit ꝫ alius ma/ .§.iii.

charius egyptius genere. qui .lx. annos in deserto impleuit. ad quẽ trigenarius ingressus est. Hic ꝑtã spũs accreos ꝫ in curatõnibo hoim. ꝫ in renunciatõnibo futaroꝝ diuinam gratiam ꝓmeruit: tandem ꝫ sacerdotis nomen accepit. Egyptius quidam cum amore vxis ano in vxoꝛem alterius arderet: nec ad effectum cõcupiscentie sue puenire valeret: eo q illa ꝛ dignitatis sue ꝓinqꝫ nimis amaret: maleficium ꝑcatus ẽ. vt aut ab ea amari se faceret. aut a marito suo repudiari. Qui multis illectus muneribo solito sue artis ingenio fecit illam equam videri. Itaqꝫ vir eius turbatus q equam suo lectulo iacentẽ videret ingemiscẽs flebat: eo q illam alloquẽs nullũ rñsum audire poterat. Adductis ergo ꝑbis quid illa pateret' ostendit. ꝫ nec sic quidẽ cãs calamitatis agnouit. Alligatã igit' eaꝛ more iumẽti ad desertum deduxit. Cumqꝫ iam celle sancti machary ꝓximaret monachi arguebant eũ cur ad monasteriũ cũ equa veniret. Quoꝛ inquit mea hec fuit. ñ in equam conuersa est. Jam tercia dies ẽ exquo cibum non sumpsit. Qñ cũ sancto machario cui iam dñs notum fecerat retulissent. Vos inquit equi estis. ꝫ equoꝝ oculos habetis. Illa nãq mulier est: nec in naturam eque transfigurata videtur: nisi in eoꝝ oculis qui ꝓstigij vanitate fallit'. Mox aquã benedictã ei infundens oõe cõpleta subito eam feminaꝫ videri omnino fecit. eamqꝫ reduxit. ꝫ cũ viro suo reuerti dixens. Nunqñ a cõione sanctoꝝ mysterioꝝ: nec a cõione eccie discedas. Hoc.n. idcireo ꝓpalla est. quia p.v. septimanas mysteria diuina non attingent. De hoc quoqꝫ sancto viro in desertis illio fama fuit. ꝫ sicut est vera ꝓmissa q dum hereticũ quendã resurrectõem corporaꝫ negantẽ iuuenẽ vocare vellet mortuũ resuscitauerit. De machario etiam legit: q dum vice quadã p desertã ambularet apparuit ei dyabolus in forma medici. plurimas bñas ampullas siropi ꝫ medicinarũ in vestimento suo ꝓtectas vbi erant ampulle. Interroganti aũt machario quo pgeret: ꝫ quid sibi vellent ampulle ille. Rñdit. Pergo ad monasterium tuum ad potionandũ monachos: ꝫ cui nõ placebit vna potrigam aliam sibi gratam. Quod intelligens beatus macharius adinrauit eum q post accessum suum reuerteret' ad eũ. Quem reuersum interrogauit: qd opatus esset: ꝫ cui vedit de potionibo illis. At ille. Quam inueni quem portaui: aliqn. n. viriliter suggestionibo eius malignis resistentibo. vnum reperit fragilem. quem sua tẽptatõne vincit. Accedens ergo macharius ad monasterium cõuocauit fratres ꝫ eos monuit vt temptatõnibo dyaboli non acquiescerent. ꝫ quia nemo ab eo vincitur nisi volẽs narrans qd viderat ꝫ fratrem illam receptã ad ꝓtem trahens admonuit ꝫ abiuit ad resistendam temptatõnibus. Post aliquot dies iterum dyabolus apparuit machario in simili forma cum ampullis qui accedebat ad monasteriũ: ꝫ adinrauit eum q ad se post opus suũ remearet. Qñ ꝫ fecit: Interrogans aũt quid egisset. Rñdit male: quia nulli dare potui de potionibo meis. Sꝫ illum quem mihi altera vice amicũ feceram: inueni magis mihi resistentem ꝫ durum vt me repelleret. Abbas macharius detestãdit de scitbi ꝫ interuit ad dormiendũ in monumẽto vbi sepulta erant corpa paganoꝝ. Et accepit vnum de illis cadaueribo ꝫ posuit sub capite suo ꝓ puluinari. Demones autem volentes eum terrere vocabant quasi vnam mulierem dicentes. Surge veni nobiscum ad balneũ. Et alter demon sub ẽpõ tanqꝫ ex mortuo illo dicebat. Peregrinuꝫ quendam habeo sup me venire non possum. Ille aũt non expauit. sed tundebat corpus illud dicens. Surge vade si potes. Et audientes demones fugerunt clamãtes. Vicisti noa. Dum aliqñ macharius a palude ad cellam reuerteret'. occurrit ei dyabolus cuꝫ falce messoria. volens eum pontere sed non valuit. Et dixit ei. Vultram violentiam a te patior macharii: qz non possum ꝓualere aduersuꝫ te. Ecce.n. quod tu facꝫ ꝫ ego facio. Jeiunas tu. ꝫ ego penitus nõ comedo. Vigilas: ꝫ ego nõ dormio. Labores sustines ꝫ ego ardorem ignis. Unuꝫ est solum in quo me superas. Et macharius. Quid illud est. Et dyabolus. Humilitas tua est ꝓ quaꝫ non ꝓualeo aduersus te.

Capitulum. viij.

## Verunt et alii sancti

patres pleni ẏrtutum omniũ ꝑfectione. ꝫ doctrina spũali celeberrimi. Inter quos quidam pastor dictus. Hic multis annis in abstinentia magna se affligens in herono multa religione pollebat. Cum autẽ mater eius ipm ꝫ fratres eius. cum ipo deo pariter seruiẽtes videre optaret ꝫ non posset. Obseruauit diem qua ill' eunti ad eccĩam ꝓximus obuiaret. At illi eam videntes fugerunt. ꝫ cellam intrantes ostiam ei ꝛ faciem clausernnt. Illa autem ante ostiam stans cum nimio fletu clamabat Pastor aũt ad ostiũ veniens dixit ei. Quid clamas o mater. Que audiẽs vocem eius amplius clamabat flens et dicens. Volo vos videre filij mei. Quid.n. ñ videro vos Nunquid non estis filij mei: ꝫ ego sum mater vestra q̃ vos lactani. ꝫ iã tota canis plena sum. Cui pastor. ñ nos visvere. aut in alio seculo. At illa inquit. Si nõ videro vos ñ videbo vos illic filij. Qui ait. si equanimiter ferre valeas. vt nos hic non videas illic: peculdubio nos videbis. Que dicit gaudens ꝫ dicens. Si vos illic vsura sum hic videre non curo. Judex ꝓuincie cum abbatem pastorẽ vitare cupet sed nequiret: filium eorum sue tanqꝫ malefactorem tenuit ꝫ in carcerem posuit dicens. Si pastor venerit. ꝫ ꝓ eo intercessent eũ dimittã. Mater igit' pueri ad ostiũ senis accessit plotãs. Et dũ ille sibi nihil ñderet ait. Et si viscera ferrea habes ꝫ nulla ꝓpassiõe moueris. tñ cõ passio sanguis tui moueat te ꝫ ꝙ vnigenitus mihi extitit. Et ille ei mandauit. Pastor filios nõ generauit. Qua cũ voluc discedẽte dixit ei inder. Salti ille inbeat: ꝫ ego eum dimitto. Et ille remandauit ei dicẽs. Eramia cãm diligẽter fui legẽ. et si dignus morte habet' moriat'. Sin aũt fac qõ sibi placet. Hocebat aũt fratres dicens. Custodire ꝫ seipm ꝓsiderare ꝫ discretõem habere. opatões sunt aĩe. Panperes. tribulatio ꝫ discretio sunt opatões solitarie vite. Scriptũ ẽ cñ. Si fuerint hi tres viri. noe. iob. ꝫ daniel in medio eius ipi salvabũt alias suas. Hoc ꝓmi hs nihil possidentium. iob tribulatoꝝ. daniel discretoꝝ. Si duas has res egerit monachus poterit ab hõ mũdo liber ee. scz carnale repansatõ ꝫ vana gloria. Idẽ ait. Si vis requiẽ in hõ seculo inuenire ꝫ in futuro vic. Quid sum ego. Et nõ invices quẽqꝫ. Cũ ꝙdã frat' ꝛ gregatõe offendisset. abbas eius de ꝓlio cuiusdã solitarij expulit eũ. Qui cũ ñdo q̃ desperaret. abbas pastor eũ ad se adduci fecit. quẽ benigne ꝓlatus misit ad illũ solitariũ dicẽs. Audiẽs ꝛ te desidero te vidẽ. Fatigaꝫ igit' te venire vsqꝫ ad me: q cũ venisset dixit pastor. duo boies erãt q̃ abo debãt mortuos suos. relict' aĩe vn' mortuũ. ꝫ abijt plorare mortuũ alter'. qđ solitarius audiẽs ꝫ intelligẽs in huone eius cõpunctus ẽ. Cũ quidam diuisset Pastori se esse perturbatum et velle lo-

cum deserere:eo q̄ verba quedam de aliquo audisset que eum nō edificauerunt:ait abbas pastor ne ꝑba illa crederet:qz vera non erant. Ille ꝙ vera esse asserebat. q̄ frat fidelis ei retulerat. Cui pastor. Non est fidelis qui tibi ea dixit. Nam si fidelis esset talia tibi nō diceret. Et ille. Ego vidi oculis meis. Interrogatus aūt ille de festuca z de trabe de quib⁹ in euangelio dr̄. rndit quid est festuca z quid traba. Tunc pastor. pone inquit in corde tuo. quia peccata tua sunt trabs. z peccata alīus sunt festuca. Quidam frater qui peccatum grande cōmiserat volens penitere.triennio interrogauit pastorem si multū est. Quib⁹ rndit. Multum est. deinde querens si annū iuberet. Rndit Multum ē. Astantes aūt dicebant. Nunq̄d vsq; ad quã dragita dies. Et ille. Multū ē. Et adiecit. Puto q̄ si ex toto corde triduo peccator penituerit. z peccatū nō intrauerit. z penitentiã triduanã fecerit. dominus ignoscet ei. Interrogatus de illo ꝑbo qui irascitur fratri suo ait. Et omni re q̄ voluerit te grauare frater tuus ne irascaris aduersus eum donec oculum dextrum tibi extrahat. Et si alter fecerit sine causa irasceris. Si aūt aliquis voluerit te separare a deo p̄ hoc irascere. Idem dixit. Si sint tres et vnus bñ gelcat. Alī⁹ aūt infirmet z grãs agat. Tert⁹ vero minister eius sit et sincera charitate. Si tres simles sē velint vnius opia. Cum quidam frater cōgregationē q̄ multas cogitatiões habens in ipis ciclitaret:pastor eduxit eum sub nudo aere. z ait. Expande sinum z appende ventū. Et ille. Non possum ait. Et pastor. Nec cogitationes retinere potes ne intreoant z tuū est reluctere eis.

Interrogatus idem a quodã quid de beredicate sibi dimissa faceret. dixit ei vt post tres dies ad eum reuerteretur. Cui reuertenti ait. Si dixero. da eam ecce. Facient inde conuitia. Si dixero. da eam parentibꝰ nō ē tibi inferes. Si dicam da eam pauperib⁹. Securus es. Quicquid ergo vis face ego cãm nō habeo. Idem ait. Qui ē querulosus non ē monachus. Similiter qui iracundus. Aut qui elatus z verbosus aut vindicatiuus. Sed verus monachus est humilis z mãsuetus. z charitate plenus. z pauidus ne peccet.

## Malchus nomine .§.i.

vt scribit hiero. cum a parentibꝰ vxorem ducere cogeret: nō ꝓsensit dicens se monachum velle fieri: vnde fugiꝝ a parentibꝰ ad heremã puenit. Ibiq; inuenit plures fratres cum quib⁹ monachus iam factus multa secū fecit. Post aliquot ꝙ tempus incidit ei cogitatio ad patriam ire: vt patre defuncto vt audierat:matrꝫ viduitatē cōsolaret. Abbas ꝙ hoc audito ait temptatiõem eē dyaboli. z ꝓhibuit abscessum. Ille ꝙ ꝓpius iter asserebat se ꝓfecturū. Tandē cum lachrymis dimisit eum abbas. Qui pergēs vidit virog̃ multitudinē ac mulierꝫ circiter .lxx. cū quib⁹ comitatus est. Contigit aūt vt itinerantibus latrones occurrerent saraceni in equis z camelis. eosq; inuadētes vtricerunt. Malchus aūt captiuus ductus ē cum vxore alterius captiua xpiana. Tandem ducti coram dñā quadã ipam adorare cōpulti sunt. Quib⁹ mīsa:eorum custos factus est. Et vt securius a melius vitã pastoris ageret seu curam cōpulerunt gemines vt carnaliter cōiungeret captiui. Malchus ꝙ imminente metu mortis duxit eam i speluncam pnubãte sibi tristicia. Ibiq; accipiens gladiũ se inquit velle occidere anteq̄ cum vxore alterius adulteraret. Cuilla. Ne occidas te. quia etiã si velles in me peccare. ego pius moderer. Sed habeto me coniugē pudicicie potius q̄ corporis. Sperent dñi manũ rpc nouerit fratrem. Facile psuadebimus nuptias cũ sic videbãt nos amare. Et sic malchus audita femine ꝓbitate cōsensit ei. et cōiugē plus dilexit. Dixit aūt malchus. In tali matrimonio transierũt dies plurimi. Nec vnq̄ camē ei⁹ vidi. nec ipa meã. Simul nec adinuicē tetigimus. Cumq; iam fuge nulla haberet fulsipino. Solus in heremo sedens cogitaui vite dulcedinem heremitarum:hac in cogitatõe volvens animũ. nec valui potui celare cōceptũ. fuiq; cogitatio aspicio formicarum gregem angusto calle ferure. video onera maiora q̄ corpora. Alie herbarum quedaz semina forcipe oris trahebant. Alie egerebant humũ de foueis et aquarũ venarũ meatus aggerib⁹ ercludebãt. Ille ventre hyemis memores ne madefacta humus in herbas ordea verteret. illata semina pscindebãt. Hec luctu celebri corpora defuncta portabant. Quo dq̄ magis marum est in tanto agmine egredientes non obstabant intrantibus. quinporius si quã sub valle vidisset z onere concidisse suppositis humeꝛ adiuuabãt. Quid multa polcz. illi spectaculũ duco illa ꝓbuit. vnde recogitat⁹ salomonis ad formice solertiam nos mittentis cepi tedere captiuitatis. et monasterij cellulam quere.ac formicarum illarum similitudinem desiderare vbi labotant in medium. Et cum nihil cuiusq̄ ꝓprium sit omnium oia sunt. Regresso ad cellule occurrit mulier. tristiciam dissimulare non valens. rogat cur ita exanimatus sim:audit causas:hortor ad fugã. non aspernatur. peto silentiũ. fidem tribuit. z iugi suspirio inter metum z spem medq̄ fluctuamus. Quid plura. Eadem nocte ceteris dormientibꝰ acceptis capris duabꝰ carnes ad viaticum comimus. z ex pellib⁹ sacculos nobis facientes portauimus. Lucarimus:post terga semp̄ aspexim⁹. Post diem terciam ecce duos subsequentes nos vidim⁹. camelis insidentes. stantesq; timentes vestigia p arenam nos ꝓditos intelligimus. Sed offertur ad verterã species in qua nos misimus. Licet in ea pcula venenatoꝝ animaliũ timeremus. Cumq; insequentes nos dñe z seruus vocarent. vt egrederemur. Leena que in spelunca erat egressa est. z vnus post aliũ gutture suffocato intrauit. Luc inter gaudium z merũ constituti sumus. Timebamus. n. leenam. Ymo alie sequenti matutina leena catulum suũ defert extra. nobisq; cedit hospitiũ. Eximimus aūt ad vesperã. z cepimus camelos quos dromedarios vocant. ꝓpter velocitatẽ. quib⁹ insidentes decima tandē die. ad castra romana p̄ deserta venimus. Oblatiq; ei domino rei ordinem narrauim⁹. Tandē ꝑcio camelos⁹ accepto ad porẽ abbatã volui reuerti. Sed iam abbate mortuo in mesopotamiã me monachum tradidi. Illamq; virginibꝰ dilectam vt sororẽ cōmẽdaui. Cui tñ me nō credidi vt sorori.

Capitulum. viij.

## Johannes heremita.

vt scribit Vinc. in spe. histo. lib. xviij. ca. iij. post hieronimũ. manens in rupe mõtis ardui in mõasterio clauso z obstructo. aduenientibꝰ p̄ fenestraz se vidēdũ ꝓhebat. Nulla tñ mulier ad ꝓspectũ eius accessit. ꝑ tñ vni z raro. In huius itaq; mõasterii ab anno etatis .xl. vsq; ad .xc. dñi a hieronimo vsus ē nullus intrauerat. Sz aduenientib⁹ vt dictũ ē p̄ fenestrã se vidēdũ ꝓhebat. Cũq; tribunus quidã venisset z ad eũ obsecrauit vt cõingē suã ꝓmitteꝛ ad se intrare:Multa. n. eã dicebat p̄ralisse pcula vt facẽ eius videret. Cũq; ille negaret dicens se i monasterio nūq̄ motia fuisse vidēdi mulieres:tribun⁹ obsistebat obsecrãdo. ꝓhibitis q̄ nisi eã videt. eẽt sine dubio ex multa trisicia mortua. Cui ait. Vade videbit me hac nocte cõiunx tua.nō tñ huc veniet. ꝑ in tumo tua z in lecto suo me videbit ibi manẽs. Hic recessit ille. ibiq; uitatẽ nisi in pectore ꝓsans. Cũq; hoc ꝓnūciasset. dia q̄s si mulier ꝓnūc incerto fatigat:ꝑ postq̄ somni tps aduenit. adest bõ dei p̄ visum assistẽs mulieri. Fides tua inquiens magna ē o mulier. z iõ tuo desiderio veni sanctificare. te tamẽ moneo vt nõ facie cotidie seruoꝝ dei desideres ꝑ acta z gesta eoꝝ p̄ spm̃ ꝓpheno. Spm̃ n. ē q̄ vinificat. Caro nõ ꝓdest q̄cq̄. Cũ q̄dã cleric⁹ ad eũ veniẽs interrogat⁹ ab eo ꝑ ordie suo z mentiret' dicẽs se nõ eẽ clericũ hūilitatis gratia cũ tñ dyaconus eẽt osculãs eũ ait. Vola fili negare grãm dei.nec cũ hūilitatis mendaciũ dicas: sine enim

p̄ bono siue p̄ malo ꝓueratur peccatū est. Nō p̄mittebat etiam infirmos ad se deferri sed benedicēs oleū dabat ex quo uncti sanabantur. Uni ex fratrib⁹ terciano typo laborantis curari uolenti. Rem tibi necessariā ait cupis abijcere. Sicut corpora intro uel aliqn̄ bn̄ōi abſoluunt⁹ a sordib⁹. sic animę languoribꝫ aliqꝫ bn̄ōi caligationib⁹ purificant. Benedicens tñ oleum dedit ꝫ sanauit illum. Nullū p̄ ignem paratū cibum sumebat. Erat ꝫ attenuatꝰ ꝫ arcti corpis p̄ abstinentia. Capilli eius ꝫ barba quasi ex lanugine nimio rari ꝫ tenues. Fuit autem hic Anno domini ccclxxvij. Congregatis aūt fratrib⁹ ad eū instruendo dixit. Graue ē iactantie uicium ꝫ periculosiꝰ nimis: ꝫ qđ de ipso etiaꝫ pfectionis fastigio deiecit animas. Cuiꝰ due sunt species. Quibusdaꝫ n. accidit q̄ statim in initio cōuersionis sue. cum parū aliqđ uel abstinentie impenderint uel pecunie erogauerint ita sentiunt de se quasi eminēciores sint illis quib⁹ aliqua largiti sunt. Alij cū ad summam ꝟtutē uenerint. non totum deo. sed suis sotijs tribuunt. Et dum ab hominib⁹ glorią querunt: illaꝫ que ex deo est amittunt. Si aūt mundi coꝺe ante deum steterim⁹. ueū uidere poterim⁹ quātū possibile ē eū uidere. Uidebimus n. inuisibilē cū monte nō corpeſcientie intellectu, nō carnis aspectu. Nemo n. putet se posse ipam sicut est diuinā substātiā intuerista vt ſpēm sibi aliquā uel imaginē corporeā in corde figeret. Nulla n. forma in deo ē. nulla circūſcriptio. sed sensus ꝫ mens qui sentiri quidē possit et mentis affectu pstringi nec eā cōprehendi. aut describi aut enarrari. Ideoq; opeꝫ cū oīa reuerētia ꝫ metu accedere ad deū. ꝫ ita in eā ibare mentis intuitū debemus. vt quicqđ pōt claritatis. splendoris maiestatis. mens humana cōspicere. hoc hec oia semp̄ sentiat eē. Oportet aūt vacare. vñ p̄s. Uacate ꝫ videte qm̄ ego sum deus ⁊c. Et quanto purior in eo mens faciet: tanto plura deus ei reuelabit. ꝫ mysteria eius agnoscet. Aqua uel panis sicum cupiditate sumātur. i. nō vt necessitati corpis ꝫ animi desiderio satisfiat. Huius abstinenti uicia deliciaꝫ ē. Et iō volens diu ā iam uoluptatib⁹ resistere dicebat. Intrate p̄ angustam portā. Larga est uia aīe cū qualicunq; deliberio suo satisfecerit. Angusta ꝺo cuꝫ uoluptatib⁹ suis repugnat. Ad hec aūt obtinenda multū pdest secretior habitatio. qi interdū p occasionē aduentantiū fratrū. ꝫ euntium ꝫ redeuntiū abstinentie frena laxant. Et sic etiā quā doq; pfecti uiri capiunt. Et iō dicebat dauid. Ecce elongaui fugiens. Idem iohannes contra p̄sumptuosos. Erat quidā monachus in spelunca summe abstinentie cū cuius animi flores ꝟtutib⁹. Cuiq; in pfectib⁹ suis confidenti nō totā deo sed sibi pribuere. Hanc p̄sumptiōem intuens temptator quodā uespe fingit in specie mulieris oberrantis p heremū. que vt fessa ad ostiū spelunce lassitudinē simulans intus seiꝫ piecit. ꝫ obuoluta genibus eius vt sui miserea⁹ exoraꝫ. Noli inquit me cōprehendere in heremo quiescere in angulo celle tue ne forte efficiar bestia preda. At ille primo miseratiōis obtentu recepit eā in spelunca: querēs cū errandi eam p heremū. Illa causaꝫ fingit accurate: ꝫ interim venena blandimentoꝝ p̄tectum narratiōi interserit. ꝫ nunc se miserandā. nunc defensione dignā ostendens. elegantia suauitate sermonis affectū bonis illecebrosō amore deflectit. Hinc iam blandiora colloq̄a iocinsuq; miscentur manus etiam paocar ad mentū barbamq; quasi ueerando p̄tenditur. Tūc ꝺo palpare cervicem. mollizq; collū lenigare. Quid multa: Ad vltimū captiuum ducit mulier militem xp̄i. Continuo enim libidinis fluctibus eius animam etiam p̄teritorum laborum obliteratę pfessionis obscenos iamconabat' inire amplexus. Illa vero vlulatum terribilem emittens vt vmbra erat tenuis p̄ manus amplectentis elabitur. ipsumq; vdecoris motibus in anes aures sectantē fedissima eum irrisione deserit. Tunc multitudo demonū in aere ad hoc spectaculum congregata ingenti clamore inquit. O qui te vsq; ad celum ettollebas quomodo demersus es in infernum. Discе ergo quia qui se extollit humiliabitur. Tuncille de tot amens effectus ꝫ deceptionis sue non ferens pudorem grauius a seipso recipitur q̄s fuerat a demonib⁹ recep⁹. Cum omni se reparare ꝫ certamen renouare deberet desperans. seipsum tradidit omni impudicicie ꝫ impietati.

## Fuit vir quidam .§.i.

pessimam uitam ducens. qui dei misericordia compunct⁹. intra sepulchꝝ quoddam se recludens. pristinorum scelerum pollutiones lachrymarum fontibus diluebat semp̄. pstratus leuare ad celum oculos nolebat. neq; etiam nomē dei nominare. sed in solis gemitibus persistebat. Nocte uenerunt ad eum demones clamantes. Quid est quod agis o impiissime. ꝫ flagitiosissime. Postq̄s cū purricia ꝫ impuritate satiatus es. nec iam sufficiunt uires ad facinora: tu xp̄ianus uideri uis ꝫ pudicus ꝫ patiens. quasi iam tibi alꝰ dari possit locus satiato in malo quā q̄ tibi nobiscum debetur. Unus ex nobis es alios esse non potes. redi ad nos ꝫ quod tibi superest tempus in fruenda uoluptate non perdas. Quid temeritēm ante tēp⁹ supplicijs tradis: Quid enim aliud passurus es in inferno q̄s quod hic tibipse cōquiris. Si te pena delectat. expecta paululum ꝫ inuenies paratam. Nunc interim fruere manentibus nostris q̄s semper grata ꝫ dulcia duristi. Ille autez tacitus iacebat. Et cum eadem ꝫ duriora sepe repeterent nec ille moueretur. uidentes demones ꝺba contemni in furorez prolapsi ꝺberibus eum cedere congressi sunt. ita q̄ semianecem reliquerunt: nec tamen moueri potuit de loco in quo odēnis causa iacebat. Altera ꝺo nocte repente grauioꝝ verberibus cruciant. nec tunc etiam mouere potuit. melius esse dicens mori q̄s demonibus obedire. Tercia autem nocte ablq; vlla miseratione inuentes in eum. omnib⁹ penis et cruciatibus eum afficiūt. Cuncq; iam corpus in supplicijs defecisset tamen extremus spiritus demonum obsistebat impetio. Quod postq̄s uiderunt impij magna uoce clamantes. Uicisti inquiunt victi ꝫ vt uirtute quadam celitus fugati abscedunt. Fuit etiam quidam monach⁹ in heremo omni uirtutum flore ornatus. Qui cum in coꝺe posset instar angelorum uite fungeretur officijs. dominus quotidiani victus ei curam exhibebat. Quotidie enim ingrediens speluncam inueniebat mensam paratam ꝫ panē superpositum mire suauitatis nimiq; candoris: ex quo refectus. gratias deo referens. ad orationes ꝫ hymnos conuertebatur. Cuncq; de suis meritis gloriari cepisset. continuo intrauit in eum desidia quedam animi. tāparua quā nec posset aduertere. Post hoc maior creuit negligentia ita vt tardior fieret ad orationem. Cuncq; parum psallendi ministerium exhibuisset: anima eius qualibet animi labore fatigata requiescere festinabat. quia sensus eius reptoꝺo effectus est. Erat enim iam clandestina quedam in coꝺe eius turpis cogitatio ac nephanda. Cuncq; post oden cibum solito requisiuisset. inuenit solito nigriorem panem suppositum mense ex quo refectus est. de his que in coꝺe eius versabantur. nihil emendare curauit. ꝫ spernentē minima paulatim se casurum non intellexit. Cuncq; ā grauis libidinis stimularetur incendio. post orationem ingressus vt cibum sumeret. panem quidem inuenit. sed aliquātulum sordidiorem. Admiratusq; ꝫ tristis factus: intellexit q̄ hoc ipm̄ respiceret hoc genus monstri: cibo tamen sumpto refectus est. Post diem tercium triplicatis cepit vegeri stimulis. Occupauerant enim cogitatiōes eum quasi iam presens ꝫ secū accumbens imago mulieris quā amplecti sibi videbatur: ꝫ ad turpes visus habere substratum. Processit tamen ꝫ alia die ad solita psallendi officia. Sed stabat oculis vagus ꝫ mente captus. Cuncq; solito ad vesperam cibum esset accepturus panem q̄dē inuenit sordidissimū ꝫ aridissimū ꝫ q̄ē murib⁹ vel canibus vndi-

ꝙ coctosum. Tunc ille ingemuit ⁊ lachrymas fudit. ⁊ non ita vbertes. q̄ possent tantā incēdij flamꝫ extinguere. Sūpſit tū cibū. ⁊ nō vt ſolebat. Cū igr cogitatōes quasi coboꝛs barbaꝛica eū vndiq; vallarēt. exuꝛgēs nocte iteꝛ peꝛ beremū aꝛripuit tendēs ad ciuitatem. Die aūt facto vidit quēdā fratꝛū cellulā. vbi fangatus requieuit. Cuiꝰq; refectus eēt ⁊ paꝛū quieuiſſet ex more quasi ab eructatiſſimo et piudētiſſimo patꝛe ceperūt verbis edificatōes expetere: interꝛogaꝛeq; quō quis dyaboli laqueos possit effugere: et paꝛtes cogitatōes ab eo immiſſas expellere. Qui ille ſufficienteꝛ tocuit. Et in ſe reuerſus ait. Quō alios moneo et egoꝑe decipioꝛ. Age ergo puus miſeꝛ q̄ alios facere maneꝰ: ⁊ intelligēs ſe miſeꝛabiliꝫ ſuggillatū. valedicēs fꝛibꝰ curſu rapidiſſimo ad ſpelunc̄ ſuam redijt. ꝓſternēs ſe in oꝛōne ⁊ dicens. Nūſi dñs adiuuiſſet me paulatim in infeꝛno habitaſſet aīa mea. Cōcluſit aūt ſe in ſpelunc̄ ⁊ in cilicio ⁊ cinere cū lachrymis iacuit. donec aſtitit angel⁹ dñi dicens ei. Suſcepit dñs pnāz tuā ⁊ repoſpiciat⁹ ē tibi. Sz caue tibi ne vltra elatus eꝛopiaris. Hec q̄ dicta ſunt de Johāne illo heꝛemita attribuunt Hieꝛonimo in vitis patꝛum.

## Eo tempoꝛe inquit .§.ii.

Sigiſbertus credāt fuiſſe due laudabiles abbatiſſe. Sara. ſ. ⁊ Sincleticen. Quaꝝ sara. xxj. annis a ſpū fornicatōnis fuit fortiteꝛ impugnata. ⁊ notabat deū vt nō receꝺeꝛet ab ea hmōi pugna. ⁊ dicebat. Dñe ꝺa mihi fortitudinē. Apꝑuit aūt ei ozanti ſup lectulū ſuū ſpūs ille dicēs. Tu me vicisti sara. Ego inquit illa te nō vici ⁊ dñs meus ihc xp̄c. Hec ſup alaꝝ flaminis. lx. annis habitauit. ⁊ nunq̄ inclinata ē vt flamen aſpiceꝛet. Hec aūt fuerit illa ſanctimonialis vel vbi habitauerit nō memini me legiſſe. Sz multa ab ea ſapiēter dicta reꝑiunt̄ ex quibꝰ iſta ſunt. Sicut illi qui ignē accendere volūt pꝛius fumū aꝛcuat ⁊ nos diuinū ignē lachrymis accendere in nobis debem⁹. Stulta caſtitas que indecenter aſpicit vel inordinate ridet. Sicut venena expellūt antiota medicamēta: ſic ſordidas cogitatōes otō cū ieiunio. Sicut foꝛtia veſtimēta calcata pedibꝰ ⁊ ſepius reuerſata incandidāt̄: ſic foꝛtis aīa ꝓpꝛia carne volutata amplius ꝓfiꝛmat̄. Aduerſarius nr facilius a nobis poſſidenibꝰ ſupaꝛ. non. n. bꝫ quo ledat. Sicut gallina deſeꝛēs nidū ſuū facit oua ſua ſine pullis exire. ſic vt ꝺo de loco ad locū tranſiens frigeſcit ⁊ mozꝛificat̄. In tribulatōe poſitus. ſi ferꝛū es ſpera tibi ignē appoſitū ad tollendā eruginē. Si aūt aurū es. ſpera ad augēdā claꝛitatē. Qui peccāt in ſeculo etiā nolentes mittūt in carceꝛē ⁊ puniūt: ⁊ nos ergo voluntaꝛie redigamus nos in cuſtodiā vt eternas penas euadamus. Qui nauigare incipiunt ꝓpꝛium ꝓſpeꝛū ventū bōm poſtea ſepe ꝛuīt. Sz ſicut naute ñ ſtatim nauē eroneꝛāt. ⁊ ſuſtinent̄ procellas ⁊ pugnāt. ⁊ poſtea rectū curſum inueniūt: ſic ⁊ nos aduerſa incurꝛētes. in ꝓpoſito cruc̄. ꝓ velo erigamus ⁊ ꝓ potēnā cito ſuperabim⁹. Theꝛaurus manifeſtus cito ꝑdit: ſic ꝛtus cognita ⁊ publicata. Noli ſubito ⁊ ſic arma tua expendere. ne nudus ī bello facile capiaris. Arma nꝛa miles ē. Arma nꝛa corpeꝛis nr̄i. Nos in tranquillo mari nauigamus: ſeculares i procelloſo nos in dieſtili in nocte: ⁊ tū pleriq; ꝯdiciamur de negligēcia: ⁊ illi timentes ⁊ ſollicite ſaluant̄.

## Arſenius abbas. vt .§.iii.

refert Unc. ſpe. hiſtoꝛ. li. xviij. dū adhuc eſſet in pallatio magnus rogauit dñm vt vingeret eū in vita ſancta. Et facta ē vox ad eū. Arſeni fuge homines ⁊ ſaluaberis. Et diſcedens ad vitā monachalē rurſus oauit deū vt puus. Qui iterū audiuit. Arſeni fuge. tace. ⁊ quieſce. hec. n. ſunt radices peccādi. Hic cū eēt clarus rome in curia imperatoꝛis glozioſe militās vocꝫ ad annū quadrageſimū etatꝫ ſue et ſenatoꝛe fit monachus ⁊ ꝓ quinquaginta quinq; annos ī deꝛemo meā trahens ſanctitatis exemplo omīb⁹ enituit.

Cū quidā frater ad eū videndū aduenīſſet: volens eum videre pulſauit eius oſtiū. At ille ſperās eē diſcipuli ſui aperuit ei. Sz poſtq; alij eē ꝓſpexit. moꝛ ſe in terꝛā. iecit in faciē. Illo aūt vt ſurgeret poſtulāte. Rūdit ad eū dicens. Nō hinc exuꝛgā niſi tu receſſeꝛis. Et ꝓ aliq̄ boꝛas nō acquieuit ſurgere donec ille receſſit. Abbas Daniel de eo referebat q̄ die ſabbatoꝝ vaſpe ſolē reluctem pꝛ⁹ veſum ſuū ꝺmitteret. extendēsq; manus ad celū. ꝛ ꝺe finebat oꝛare donec ſequēti die ſol iterū oculos eius exuꝛgens impleſſet. Ceteꝛus aūt noctes pꝛigiles ducebat. ⁊ ꝓpe diluculū cū vellet paꝛ. ꝓ nature fragilitate quieſcere dicebat ſomno. Veni male ſeꝛue. ⁊ mox claudēs oculos ſuꝛripiebat paꝛū ſomni fedēdo. ⁊ ſtatim ſuꝛgebat. Dicebat aꝛſenius. Nos qui mundane eruditionis diſciplinis intenti ſumus. nihil habemus. Hi aūt ruſtici egyptij ex ꝓpꝛijs laboꝛibꝰ ꝛtutes ſibi acquiꝛierunt. Quidā ex fratꝛibus ꝺixit Arſenio. Ecce pateꝛ mediteꝛi feſtino de ſacris ſcripturis q̄ dicit. ⁊ non ſentio cōpunctōem in coꝛde: qꝛ nō intelligo virtutē ſcripture. Rūdit. Illi qui ſolent ſeꝛpētes incātare. nō intelligunt verba q̄ dicuntur. ſi ſerpentes audientes intelligunt ꝛtutes eoꝝ. ⁊ acquieſcunt ⁊ ſubditur eis. Ita ergo ⁊ nos faciamus. q̄uis. n. non valeamus intelligere ꝺiuinarum ſcripturaꝝ ꝛtutē. terꝛentia ⁊ fugat diſcedunt a nobis demones nō ſuſtinētes eloquia ſpūſancti. Quedā matꝛona mandauit aꝛſenio ſe velle eū videre. Qui cū negaſſet illa ait: Credo in deum quia videbo eum. Que cū ad cellam eius puenīſſet inuenit eū extra cellā ⁊ ꝓſtꝛauit ſe ad pedes eiꝰ. Ille aūt leuans eaꝫ cum indignatōne. ⁊ intuens eam ait. Si faciem meā videre vis ecce vide. Illa autem pꝛe veꝛecundia non conſideꝛauit faciez eius. Et ait ille. Neſcis quia mulieꝛ eos ⁊ per mulieres ſeꝺuc̄untuꝛ viri perfecti. Numquid non ſufficit tibi anᵈ ſe opera mea. At illa. Volo inquit videre faciem tuam ſed ꝙa ꝓo me. Ait ille. Dic inquit deum vt deleatur memoꝛia tua de coꝛde meo. Illa vo ingemiſcens receſſit: ⁊ adeo contriſtata eſt ꝙ reuerſa ꝺomum febꝛicitauit. Quod audiens epiſcopus ad eam conſolandam acceſſit. Illa antē ꝺixit ei. Ecce contriſtata ꝓpteꝛ talia verba arſenij maioꝛis. Cui epiſcopus. Neſcis quia mulieꝛ es: ⁊ inimicus ꝓ mulieꝛeꝫ ſanctos viꝛos impugnat: ꝓpteꝛea fenez ꝺixit illa. Nam ꝓ anima tua oꝛat ſemper. Et ſic inde conſolata eſt. Hic cum tempus obitus eius appꝛopinquaꝛet ꝺicentibus diſcipulis. Quid faciemus pateꝛ quia neſcimus hominem ſepeliꝛe. Reſpondit ille. Numquid neſcitis fossam in pedibus meis mittere. ⁊ ita ad montem tꝛahere. Dum ergo moꝛeꝛetuꝛ cepit flere. Et cum fꝛatres illi requiſiuiſſent dicentes. Quid fles pateꝛ: Numquid ⁊ tu timeꝛ? Reſpondit. In veꝛitate timeo. Et iſte timoꝛ q̄ nunc mecum eſt: ſemper mecum fuit. ex quo factus ſum monachus. Cum autem audiſſet abbas pemen quia tranſiiſſet ait Beatus es arſeni quiate tantum in hoc ſeculo planxiſti. Qui enim hic ſe non plangeꝛit illic imperpetuū lugebit.

Quadam vice vox facta eſt ad eum dicens. Veni et oſtendam tibi opera hominuꝫ. Et ꝺuxit eum ad quendā locum: offenditq; ei et hyopem incidentem ligna. faciēteq; faꝛcinam grandem quam pꝛtare non poteꝛat. Deinde alia ligna incidebat ⁊ ad faꝛcinam addebat. Et hoc faciebat ꝺiuti⁹. Offenditq; ruꝛ⁹ bolem bauꝛētē aquā vt lacu ⁊ effandētē aquā ī ciſterna ꝓtaz. q̄ aq̄ refundebat ī lacū. ⁊ ipſam ciſternam implere volebat per hunc modum. Ite rum oſtendit ei templum ⁊ duos viꝛos in equis pꝛtantes lignum tranſuerſum. Volentes autez intꝛoiꝛe in templū non poteꝛant. eo q̄ lignū tranſuerſum pꝛtaꝛent. Et ꝛpoſuit ei dicēs. Hi ſunt q̄ pꝛtāt q̄ngē iuſticie cū ſuperbia ⁊ nō bōlāt̄. ꝓpteꝛea remanēt foꝛis a regno ꝺei. Qui ꝙ ligna incidit ē bō in peccatis multis. ⁊ ꝓ eo vt agat penitentiā nō ſuꝑabat ꝛpꝛietates imitatiōis. Qui autem aquam bauꝛit bō ē qui bz bona ope-

seo q; ꝓmitta habet cū eis mala grauia. ꝓdit ipsa opa sua.

Idem ꝓ totū tp̄us vite suę pannū tenebat in sinu ꝓpē lachrymas que frequenter erūpant de oculis suis. Cū pater sancti arsenij eēt rome nobilissimus senator vitaq; munera ꝑ testamentū faciens magnū hereditatē arsenio dimisset. Magistrianus testamentū ad eū in heremū detulit. Qđ accipies voluit illud scindere. Magistrianus ait eius pedibꝰ ꝓuolutus rogauit ne hoc faceret: quia caput ei ꝓsideretur. Cui arsenius ait. Quia mortuus sum ꝑ illū. Ipse igit cū modo mortuus sit quō me fecit heredem. Et remisit testamentū nil accipe volens.

## De quadam vir- .§.iiii.

